



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

A 472527

GRAD
PA
5337
.P54
A35
1886
v.2
BUHR





CXXV.

Programm

des

Königl. Friedrichs-Gymnasiums

zu

Breslau


1890

II. Wissenschaftliche Abhandlung

Breslau

1890 Prog. Nr. 168

Druck von Otto Gutschmann



Maximi monachi Planudis
epistulae

particula quinta

(pag. 207—275)

edidit

Maximilianus Treu

PA

5337

P54

A35

1376

V 2

E.4.2

Γρικὴ
Κατάνη.
12-17-29
8944

60: proverbium. Hom. Ω 527. cf. ep. 90,36 (k). — 62: *καταντῆσαι, ἧς πέρας οὐδέν*, (k). — 64: *ἐπινοήσειε*. (k). —

Ep. ad amicum quendam Thessalonicam anno 1299. codices VT habent τῷ αὐτῷ. at eadem verba repetit Planudes ep. 16,4 et 17,22, non credo repetisset in epistulis ad eundem. quinta fere epistularum pars nominibus caret eorum ad quos scriptae sunt. aut igitur neglegenter egit is qui primus epistulas collegit, aut, quod mihi quidem videtur, inscriptione carentes ipsas inter scripta Planudis mortui invenit. nulla enim anepigraphorum, nisi forte ep. 38 exceperis, ita comparata est, ut consilio nomen omissum esse videatur. non igitur cadit in has epistulas quod is qui Michaelis Gabrae epistulas descripsit ad epistulam tertiam de eis dicit quae inscribuntur *τινὶ τῶν δυνατῶν, τινὶ γνωρίμῳ, τινὶ τῶν φίλων*: *Αἱ πρὸς τοὺς ἐν δυνάμει τῇ τοῦ πράττειν τῶν ἐπιστολῶν τὸ ὄνομα οὐκ ἔχουσι προσπαραγεγραμμένον τοῦ δημιουργοῦ ἐκόντος ἐξαλείψαντος, ἵνα μὴτ' αὐτῷ ἀθάνατον αἰσχύνῃν καταλίποι τῶν κἂκ τοῦ ὀνόματος τὸ πᾶν αὐτίκα ἂν πιστευομένων δύνασθαι εἰς πᾶν ἐξῆς ἀποτυχόντα καταλέγοντι αὐτόν, αὐτοῖς τε πάλιν ἐν τῷ συγκαλύπτειν τοῦνομα* πολὺ τι χρῆμα τῆς παρὰ τῶν ἀκουόντων περιγένη μέμφεως, ἀμέλει τοῦ γεγεννηκότος, καὶ ἐπιστολῇ ἐντεῦξῃ περὶ τούτων τῶν αὐτῶν, εἰς βᾶθος μέντοι τῶν ἐπιστολῶν χωρῶν τὸ προσωτάτω· προσπεριτιθέντος καὶ ἐν τούτῳ δόξαν τοῖς τοιοῦτοις πρὸς μηδὲν φιλανθρωπευσάμενους περὶ τοῦτον, τοιοῦτου περὶ τούτους τούτου γινόμενου, εὐφημοῦντος τὰ εἰς δύναμιν †.* post τοῦνομα lacuna ut videtur.

21: Dishypati pater mortuus est. anno 1258 Manuel Dishypatus est archiepiscopus Thessalonicae. Geo. Pach. I 28. idem ut videtur anno 1260. Geo. Pach. I 102. 272. Gregorii Cyprii ep. 141 ad protovestiarium est *περὶ τοῦ Δισυπάτου*: hominem pauperem qui filiam nuptum dare vult per illum imperatoris benevolentiae commendat. Michaelis Gabrae ep. 274 *τῷ Δισυπάτῳ κυρῷ Ἰωάννῃ*, ep. 315 *τῷ Δισυπάτῳ κυρῷ Γεωργίῳ*. in codice Monacensi 198 fol. 402^r anonymi epistula est ad Constantinum Dishypatum. cf. ibidem ep. 159 et 168. De Daniele Dishypato, Palamae amico, qui plura scripsit in Barlaamum et Acindynum, dicam in *Δελτίου τῆς ἱστορικῆς καὶ ἐθνολογικῆς ἐταιρίας* tomi III particula II pag. 227 ss.

ad ep. XlIX

14: dele *ἂν* (k). — 17: ev. Matth. V 15 (k). — 34: — *καὶ τοῦτ' ἐλπίζειν εἰκός* — τῆς (k). —

Ep. ad Nicephorum [Moschopulum] Cretae metropolitam. anno 1296 de iniuriis quas Venetorum classis Romanis intulerat ab imperatore Venetias missus est legatus ὁ Κρήτης Νικηφόρος, ἀνὴρ γεραρός καὶ τίμιος καὶ διὰ πολλὰ μὲν προκριθεὶς εἰς τοῦτο, πλὴν δὲ καὶ ὅτι ὡς οἰκεῖον δῆθεν ἀρχιερέα ἔμελλον βλέπειν Βενετικοί. Κρήτη γὰρ ὑπὸ τούτους ἦν, ἧς ἐκεῖνος ἀρχιερεὺς ἐπικεκλήροκτο, εἰ καὶ πόρρω διῆγε ταύτης διὰ τὴν τῶν Ἰταλῶν ἐπικράτειαν. Geo. Pach. II 241,13. 846. ad ep. 5,39. anno 1303 cum Athanasio Alexandriae patriarcha et cum Arsenio episcopo Pergameno a synodo ad Ioannem Cosmam Cpolis patriarcham mittitur, ut de abdicatione cum eo agat. anno 1304 imperatori stomachum movit, quod a Cosmae partibus stare videbatur. Geo. Pach. II 349. 853. 377. munere Cretensi se abdicavit ante annum 1316. v. Fr. Miklosich et Ios. Müller, Acta et diplomata, vol. I, Vindob. 1860, pag. 52: προεδρεύοντος τηρικαῦτα τοῦ χρηματίσαντος Κρήτης.

32: locus notatu admodum dignus: miram enim tollit opinionem quae de Moschopulis nescio quo pacto irrobavit atque inveteravit. primus igitur Io. Albertus Fabricius anno 1715 in Bibliotheca sua Graeca (vol. VII pag. 37, repet. in editione Harlesiana tom. VI pag. 322) duos distinxit Manueles Moschopulos: quorum alterum Cretensem clarum fuisse circa annum 1392, alterum eius ἀνεψιὸν sive patruelem Byzantinum qui post captam Cpolim una cum aliis Graecis in Italiam profugus fuisset. cuius auctoritatem cum omnes fere sequerentur, Franciscus Nicolaus Titze in ‚diatribe litteraria de Moschopulis‘ (Manuelis Moschopuli Cretensis opuscula grammatica, Lips. et Prag. 1822, pag. 1—16) contendit et eos omnes, qui Moschopuli senioris aetatem circa annum 1392 statuisent, loco in Martini Crusii Turco-Graecia (Basileae anno 1584 edita) male intellecto in foedum errorem inductos esse, neque ullum hominem doctum eius nominis fuisse saeculo XV; ipse autem exposuit Manuelem Moschopulum patruum Byzantinum grammaticae, patruelem Cretensem theologiae potissimum operam navantem sub imperio Michaelis Palaeologi (1261—1282) vixisse, hunc patruelem vitam longius fortasse in Andronici quoque Palaeologi imperium (1282—1332) extendisse. — atque Titze quidem iure refutavit eos, qui saeculo aut XIV exeunte aut XV homines nomine Manuelis Moschopuli litteris claros vixisse opinarentur — quanquam ne his quidem temporibus desunt qui in Fabricii errore perseverent, ut Constantinus N. Sathas in ‚Νεοελληνικὴ φιλολογία‘,

Athenis 1868, pag. 53 —, at turpiorem errorem neque ille neque alius quisquam correxit. error autem est in eo quod ea scripta, quae sub Manuelis Moschopuli nomine feruntur, duorum hominum esse arbitrantur eiusdem nominis, alterius patrum, alterius patruelis: qui quidem genitus est ex falsa interpretatione verborum *ἀνεψιοῦ τοῦ Κρήτης*. scholia enim in Hesiodum Moschopulea is qui primus edidit Venetiis anno 1537 Victor Trincavellus inscribit *Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυρίου Μανουήλ τοῦ Μοσχοπούλου ἀνεψιοῦ τοῦ κρήτης, ἐξηγησις τῶν ἔργων καὶ ἡμερῶν Ησιόδου*. verba igitur quae dixi parumper haesitantem tenuerunt Titzium, expedit dubitantem codicis Matritensis 171 (v. Ioannis Iriarte catalogum pag. 272) subscriptio: *τέλος τοῦ Ἰσιόδου ἐξηγηθέντος παρὰ Μανουήλ τοῦ Κρητός*. itaque legendum esse ratus *Κρητός* pro *Κρήτης* interpretatus est: *Μανουήλ τοῦ Μοσχοπούλου ἀνεψιοῦ τοῦ Κρητός* sc. *Μανουήλ τοῦ Μοσχοπούλου*. ecce procreati sunt Manuales patruus et patruelis! atque concedere equidem non dubito inveniri plures in codicibus inscriptiones quae lectione *τοῦ Κρητός* ex re eius esse videantur. quin etiam si Ducangii glossarium in manus ei incidisset, avidius credo in rem suam convertisset titulum codicis Parisini 1853, qualem exhibet ille in indice auctorum pag. 29: *τοῦ σοφωτάτου κυρίου Μανουήλ τοῦ Μοσχοπούλου Βυζαντίου, τοῦ Κρητός ἀνεψιοῦ*. — tamen non possum quin parum caute versatum esse in emendando Titzium censeam. primum enim eum fugere non debuit multo plures libros in codicibus inscribi *Μανουήλ (τοῦ Μοσχοπούλου) τοῦ Κρήτης* vel *τῆς Κρήτης*: ut *Μανουήλ τοῦ Μοσχοπούλου τοῦ ἐπιλεγμένου τῆς Κρήτης* in codice Laurentiano quem pag. 189s. laudavi, qui est saeculi XIV; *Μανουήλ τοῦ Μοσχοπούλου τοῦ ἐπιλεγμένου τοῦ Κρητός* in codice Burbonico 161. II. F eiusdem saeculi (v. Salvatoris Cyrilli catalogum II pag. 143); *Μανουήλ Κρήτης* in codice bibliothecae monasterii Athoi *τῶν Ἰβήρων* (v. Sathas, *Μεσαιων. βιβλ.* vol. I pag. 282); *Μανουήλ τοῦ Κρήτης* in codice Coisliniano 350 (v. Montefalconii catalogum pag. 518), in codice Barocciano 35 (v. Coxii catalogum pag. 54), in cod. Palatino-Vaticano 103 (v. Henrici Stevenson catalogum pag. 51); *Μανουήλ τοῦ Μοσχοπούλου τοῦ Κρήτης* in codice Monacensi 299 (v. Ignatii Hardt catalogum). quibus titulis, licet mutilos esse pateat, plus tamen veri contineri mihi videtur quam verbis *τοῦ Κρητός*. tum vero temere neglexit Titze communem Byzantini sermonis consuetudinem, qua inter

articulum et nomen sedis metropolitanae vox *μητροπολίτης* omittitur: cuius consuetudinis sufficiant exempla ex his epistulis petita: ep. 9,2 τῷ Ἀδριανουπόλεως explicata τῷ *μητροπολίτῃ Ἀδριανουπόλεως*. eodem modo ep. 24,29 ὁ *Χαλκηδόνας*, ep. 25,5 τῷ Ῥόδου, ep. 53,2 τῷ *Νικομηδείας*: itaque verba *ἀνεψιοῦ τοῦ Κρήτης* apud Trincavellum sine ulla emendatione interpretanda sunt *ἀνεψιοῦ τοῦ μητροπολίτου Κρήτης*. — vides patrum quidem Manueli Moschopulo me non denegare, sed abiecto commenticio illo Manuele Moschopulo Cretensi patrum induco Cretae metropolitam, neque eum induco obscuratae memoriae, sed hunc ipsum Nicephorum ad quem Planudes scribit. nam ut Ricardus Reitzenstein me docuit eadem scholia Hesioidea, quae Trincavellus edidit, inscribuntur in codice Ferrariensi saeculi XIV nr. 155 N A 5: τοῦ σοφωτάτου καὶ λογωτάτου κυροῦ Μανουὴλ τοῦ ἀνεψιοῦ τοῦ μητροπολίτου Κρήτης κυρίου (?) Νικηφόρου ἐξήγησις τῶν ἔργων καὶ ἡμερῶν Ἡσιόδου. hunc autem Nicephori *ἀνεψιὸν* Planude magistro usum esse hac ep. 18 docemur.

hic unus igitur Manuel Moschopulus Planudis discipulus bonae spei summa cum eo studiorum societate iunctus fuit, hic unus ea scripsit quae Moschopuli esse a librariis perhibentur. possum multa afferre quae rem confirmant, sed ne terminos huius libri, qui est Planudis, non Moschopuli, trānsire videar, in paucis hoc loco acquiescam: I Manuelis Moschopuli patrum illum facile quis coniecerit eodem nomine gentili usum esse. metropolitam igitur videtur intellegere eiusdem aetatis poeta Manuel Philes cum dicit (ed. Miller I 337):

Τὸν Μοσχόπουλον, ὃ̅περ ἡ κλήσις Νίκη,
Νικηφόρον βράβευε καὶ τοῖς πρακτέοις.

II In codice Coisliniano 341 fol. 305 ss. (cf. Montefalconii catalogum pag. 455) inveniuntur Ἐπιστολαὶ κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου (1) τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ τῷ Ἀκροπολίτῃ, (2) τῷ λογοθέτῃ τοῦ γενικοῦ τῷ Μετοχίτῃ, (3) τινὶ τῶν ἀρχόντων, (4) ὑπόσχεσις τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, (5) τῷ θεῖῳ αὐτοῦ τῷ Κρήτης. in eiusdem codicis folio 391 legitur in margine: ἐργάφη διὰ χειρὸς Καλλινίκου ἀμαρτωλοῦ μηνὶ Ἀπριλίῳ ζ' ἔτους ζωκῆ cet. itaque epistulas illas, si quidem id quod opinor Callinici manu descriptae sunt, Moschopulus composuit ante annum aerae Christianae 1317. id quod epistularum inscriptionibus firmatur. ep. quinta ad patrum Nicephorum ante annum 1316 scripta est, nam eo

anno iam abdicaverat v. pag. 208; rex in ep. quarta est Andronicus Palaeologus (1282—1332); ep. altera missa est ad Theodorum illum Metochitam, qui quidem multos annos logotheta aerarii fuit, post annum 1295, ante annum 1321. ad ep. 71. de Georgio enim Metochita, qui palatino munere nunquam functus est, cum Titzio nullo modo cogitandum; magnus denique logotheta ep. primae est Constantinus Acropolita, Georgii illius filius. munus illud accepit post annum 1295, tenuit certe anno 1321. ad ep. 71. scriptae sunt igitur epistulae a patruale Nicephori intra annos 1295—1316. III Georgius Metochita magnae ecclesiae diaconus ut contra Planudem praeceptorem disputavit (pag. 194s.), ita etiam contra discipulum: composuit *ἀντίρρησην τῶν ἄν συν-εγράφατο Μανουήλ ὁ τοῦ Κρήτης ἀνεψιός*, quae typis exscripta est in Mign. Patol. Gr. tom. 141 pag. 1307—1406. impugnavit *διάλεξιν* quendam *πρὸς Λατίνους* quae in duobus codicibus inest: in codice Veneto Marciano 154 inscribitur *τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυρίου (lege κυροῦ) Μανουήλ τοῦ Μοσχοπούλου κατὰ Λατίνων* (v. Antonii M. Zanetti catalogum pag. 87), in codice Barrocciano 68 *τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μανουήλ τοῦ Μοσχοπούλου διάλεξις πρὸς Λατίνους*. transcripsi Moschopuli libellum ex codice Barrocciano meoque testimonio confirmo eundem esse atque eum cui Metochita adversatur. neque discordat tempus quo Metochita scripsit: senex in carcere est anno 1308. v. Geo. Pach. II 636. 867. cf. 784 s.; senex in carcere scripsit gravi morbo aeger (Mign. l. l. pag. 1404. 1405), ut dicit: *κλήρος ἡμῖν τὸ διόλου ἐγκεκλεισμένους εἶναι. tum: ταῦτα ἡμῖν ἐκ τε τοῦ γήρωσ καὶ τῶν ἐπὶ τοσοῦτοις ἔτεσιν ἀλληλοδιαδόχων καθείρξεων καὶ ταλαιπωριῶν καὶ στερήσεων οἷς ἐν νεότητι χρῆσθαι εἰώθεμεν τῶν ἐξ ἰατρείας θεραπευμάτων καὶ λοιπῶν τῶν πρὸς ἐπιμέλειαν ἄν τὸ δύστηνον δεῖται σῶμα καὶ μάλιστα τὸ ἐπιρρεπὲς εἰς νοσήματα*. complura decennia praeterierunt ex quo investiti sunt in eum *προαγοὶ* illi fidei orthodoxae Gregorius Cyprius et Theodorus Muzalo. v. Mign. l. l. pag. 1352B et 1309A: *χρόνος γὰρ ὁ ἐκειθεν ἐς δεῦρο εἰς ὄλας ἐτῶν δεκάδας ἐκτέταται*; investiti sunt autem paulo postquam imperare coepit Andronicus. ipse denique, quem adoritur, Moschopulus non theologiae solum, sed aliarum etiam artium scientia praecellit. Mign. l. l. pag. 1404D: *τοῦ τε περὶ οὗ νῦν οἱ λόγοι, καὶ ἑτέρου περιφανεστέρου παντοίοις λογικοῖς μαθήμασι καὶ παιδεύμασιν*. quocum loco confer Henricum Omont, Inventaire sommaire de

manuscripts grecs de la bibliothèque nationale, III, Par. 1888: cod. 2572: Manuelis Moschopuli schedographiae libri IV. Copiè en 1296 par Georges, fils de Léon. IV In codice Barocciano 120 fol. 110^v et 111^r et in codice Oxoniensi Miscellaneo 99, Auct. F. 3. 25. fol. 96^v et 97^r epistula est quae inscribitur τοῦ δούλου [ita etiam in Barocciano, non ut Coxio videbatur δούκα] τῆς κραταιᾶς καὶ ἀγίας βασιλείας σου [sc. Ἀνδρονίκου], Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου, τοῦ ἀνεψιῦ τοῦ χρηματίσαντος [sc. μητροπολίτου] Κρήτης. V Paulus Tannery, 'Le traité de Manuel Moschopoulos sur les carrés magiques in ,Annuaire de l'assoc. pour l'encourag. des études grecques,' Paris. 1886, pag. 88 ss. post Siegmundum Günther denuo edidit tractatum qui inscribitur — κρυοῦ Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου παράδοσις εἰς τὴν εὕρεσιν τῶν τετραγώνων ἀριθμῶν, ἣν ἐποίησατο βιασθεὶς παρὰ Νικολάου Σμυρναίου Ἀρταβάσδου ἀριθμητικοῦ καὶ γεωμέτρου τοῦ Ῥαβδᾶ. Nicolaus Artabasus anno 1341 et iam antea Cpoli vixit. v. Paulum Tannery, 'Manuel Moschopoulos et Nicolas Rhabdas' in ,Bulletin des sciences mathématiques,' tom. IIX part. I, Paris. 1884, pag. 263 ss. et eundem ,Notice sur les deux lettres arithmétiques de Nicolas Rhabdas' in ,Notices et extraits cet.' tom. 32. part. I, Paris 1886, pag. 130 ss. Planudis librum arithmeticum iterum edidit. ad ep. 46,37. fortasse etiam Diophantum ab illo recensitum commentatus est. ad ep. 33,7. codice quodam Athoo continetur: Μαξίμου, Νικολάου Ῥαβδᾶ, καὶ Μοσχοπούλου, περὶ ἀριθμητικῆς. v. Sathas, Μεσαιων. βιβλ. vol. I. pag. 279. probabile est igitur Moschopulum eum, quem de re arithmetica scribere iussit Artabasus, eundem esse quem aliunde quoque discipulum Planudis esse novimus.

Quaeri potest qui factum sit ut hoc nomine Μανουὴλ ἀνεψιὸς τοῦ Κρήτης, non suo ipsius Μοσχοπούλου discipulus ille Planudis appellaretur. equidem opinor appellationis illius auctorem invitum fuisse Georgium Metochitam diaconum. quo enim nomine Metochita in libelli titulo usus est non tam ut Manuelem adulescentem quam ut Cretae metropolitanam, patrem eius tanquam spiritalem, pungeret, eo inde usque appellari Manuel ipse in honore posuit. — Praeter hos duos Moschopulos Nicephorum et Manuelem ea aetate inveni unum: σεβαστὸν κῦρ Γρηγόριον τὸν Μοσχόπουλον Thessalonicensem. mense Decembri anni 1315 Cpoli in synodo causam agit filiae quae Patricio cuidam nupserat. v. Fr. Miclosich et Ios. Müller, Acta et diplomata, vol. I, Vindob. 1860, pag. 30. —

ad ep. XIX

39: proverbium. cf. ep. 121,8 (k). — 41: *χορησαμένου*, (k). — 43: *γενέσθαι*, (k). — 61: incert. trag. fr. 75 Wagner pag. 198 ex Cramer. Anecd. Gr. Oxon. IV 235,53 (k). —

Ep. ad Ioannem Phacrasen Thessalonicam anno 1299. —

ad ep. XX

Ep. ad Ioannem Bardalen. —

ad ep. XXI

18: *τῶν* pro τὸ (k). — 23: proverbium. corp. Gott. II Apost. XIV 77 (k). —

Ep. ad eundem. 10: de *δουκὸς* et (v. 34) *ἡγεμόνος* nomine nihil habeo dicere.

ad ep. XXII

3: proverbium. corp. Gott. I Diog. V 73 (k). — 5: proverbium. cf. ep. 71,4 (k). — 7: *νηστεία τὰ παρόντα* (k). — 16: proverbium (k). —

Ep. ad Andronicum Palaeologum. ad eundem ep. 36. 37. 41. extrema ep. 41 Planudes vota facit, ut bellum ille prospere gerat. idem videtur esse atque τοῦ βασιλέως ἐξάδελφος κύριος Ἀνδρόνικος (ὁ) Παλαιολόγος, a quo ut hoc loco Planudes vinum, ita Theodorus Hyrtacenus ep. 15 equum sibi promissum poscit. patruelis igitur frater fuisse potest imperatoris Andronici, filius aut Ioannis despotae aut Constantini Caesaris Palaeologorum. nam hi soli imperatoris patrum erant. at neque quicquam certi habeo de liberis eorum neque memini apud rerum scriptores me scriptum legere de Andronico quodam Palaeologo qui Planudis Hyrtaceni-que temporibus vixerit praeter imperatorem et Michaelis despotae filium adolescentem [ad ep. 40]: non quo ignorem diligentissimum earum rerum investigatorem Ducangium in historiae Byzantinae commentario priore qui est de familiis Byzantinis, Lut. Par. 1680, pag. 232, auctore usum Pachymere (I 109,10), scribere ex Ioanne illo Palaeologo prognatum esse Andronicum, Rhaulis filiae matrimonio iunctum; et eum re vera imperatoris Andronici ἐξάδελφον vocari posse. at errat Ducange. minime enim de Ioannis filio illo Pachymeris loco narratur, sed de patruelis et Ioannis et imperatoris Michaelis: qui quidem ab hoc et ἐξάδελφος nominatus et protostrator creatus cum de rebus ecclesiasticis dissentiret in carcerem coniectus ibique anno fere 1280 mortuus est. Geo. Pach. I 109,10. 459,13. 484,7. II 207,7. —

ad ep. XXIII

6: *ἐγώ*. — Ep. ad Ioannem Glycyn logothetam cursus publici scripta ultimis Planudis vitae annis. hic Glycys Ioannes ille est ὁ *Γλυκῆς*, qui annis 1316 — 1320 patriarchatu Cpolitano functus est pauloque postquam hoc munere abiit diem supremum obiit. nam antequam patriarcha fieret, logotheta cursus publici fuit. Nic. Greg. I 270,5: *ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον Ἰωάννης ὁ Γλυκῆς λογοθέτης ὡν τηρικαῦτα τοῦ δρόμου*. Michaelis Gabrae quattuor epistulae: 4. 10. 35. 85 inscribuntur *τῷ λογοθέτῃ τοῦ δρόμου κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Γλυκεῖ*, una, 142, *τῷ πατριάρχῃ*, una, 175, *τῷ πατριαρχεύσαντι*. ad eundem patriarcham Nicephori Chumni epistula est 127, Theodori Hyrtaceni ep. 3 et 4. logotheta cursus publici multos annos fuit, quot annos fuerit accurate definire nequeo. parum caute A. Jahnius, Joannis Glycae Opus de vera syntaxeos ratione, Bernae 1849, pag. IX iudicat ex testamento eius (Nic. Greg. I 291,10—13) disci posse valde iuvenem eum hoc munere ornatum fuisse: primum quidem hoc munere fungens commemoratur anno 1295 a Nicephoro Gregora I 193,23. cf. II 1196; at maior haud scio an his in rebus fides habenda sit Georgio Pachymeri aequali; eo autem teste, II 164,19. 205,6. 841. 844, anno 1292 atque 1295 Glycys praefectus fuit petitionibus supplicum referendis, ὁ *ἐπὶ τῶν δεήσεων*, quae est dignitas inter officiales palatinos quadragesima quarta (Sathas, *Μεσαιων. βιβλ.* vol. I pag. κα' extr. falso loquitur de logotheta *ἐπὶ τῶν δεήσεων*). utut est, ultimis vitae annis Planudem hanc epistolam scripsisse apparet. ceterum hic Glycys, a quo Planudi adolescentem quendam discipulum commendari discimus, ipse a pueris docendis non alienus fuit. librum enim *περὶ ὀρθότητος συντάξεως* scripsit ad ipsius filium Georgium. v. Jahnius l. l. pag. XI s. ad alterum filium Basilium binae epistulae exstant Theodori Hyrtaceni Nicephorique Gregorae (cf. cod. Monac. 10 fol. 378 s.), praeterque Nicephorum illum Gregoram qui natus est anno 1295 alios etiam in arte docendi discipulos eum habuisse recte Jahnius pag. X s. —

ad ep. XXIV

37: *ἡμῶν*. (k). — Ep. ad magnum papiam scripta ex sancti Auxentii monasterio Cpolim. De magno papia v. pag. 199 et A. G. Paspatem, *Τὰ Βυζαντινὰ ἀνάκτορα*, Athenis 1885, pag. 162 ss. clivus Auxentii prope ad Bosporum situs est, nunc Kais-dag dictus,

id est βουνός τοῦ λώρου. v. Paspatem pag. 153. haud procul a via quae ducit Chalcedone. *κατὰ μὲν τὸν Αὐξεντίου βουνόν, ὃς ἀπαντικρὺ Βυζαντίου πρὸς ἀνατολὰς ἐν Χρυσουπόλει πέραν πρὸς τῷ ἀκρῷ κεῖται τῆς Προπόντιδος* Philothei patriarchae Cpolitani encomium Gregorii Palamae apud Migne, Patrol. Gr. tom. 151 pag. 566 A. ibi monasterium eiusdem nominis. et clivus et monasterium antea τῆς Ὁξείας vocabatur. Ducang. ad Zonaram, ed. Dindorf, vol. VI pag. 123; ad Cinnamum, ed. Bonn. pag. 320. Geo. Pach. I 270, 21. 474, 19. 501, 11. Theodorus Muzalo in epistula (186) ad Gregorium Cyprium patriarcham de Theodosio quodam monacho malo qui μετέστησεν ἐκ τῶν Αὐξεντίου βουνῶν καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς τρυφῆς καὶ εὐπαθείας, ἦν καὶ δαψιλῆ καὶ πλουσίαν τούτῳ χαρίζεται ο τῆς σεμνοτάτης καὶ ὀλβιωτάτης ἐξηγουμένους λαύρας i. e. μονῆς. huic monasterio ut per totam vitam praeesset Planudes, imperavit Chalcedonis episcopus (Nicolaus? Geo. Pach. I 399, 8). inde epistulae etiam 25. 26. 27. 45. aliae Cpolim videntur scriptae esse. neque tamen per totam vitam ibi fuit, sed plus temporis Cpolim degisse plurimasque epistulas inde scripsisse, non est quod pluribus verbis exponam. — monasterium quinque sanctorum sub clivi Auxentii radicibus situm aliunde non novi, sed τὸ πάλαι πολλὰ μοναστήρια ἰδρῦθησαν ἐπὶ τοῦ ὄρους τούτου, τῶν ὁποίων τὰ ἐρείπια σώζονται μέχρι σήμερον. Paspates l. l. —

ad ep. XXV

Ep. ad Gregorium natu maiorem, monachum, Planudis discipulum, scripta ex Auxentii monasterio Cpolim. ad ep. 24. is monachus videtur fuisse monasterii regii Cpolitani. ep. 27, 16; fortasse versus fecit in Planudis sepulcrum. pag. 190. —

5: ad hunc Rhodi metropolitanam Planudis epistolam exstare Florentiae in codice Laurentiano S. Marci 303 amice certiore me fecit Ricardus Reitzenstein, descripsit eam quae est eius erga me comitas Hieronymus Vitelli. continetur codice inclutum illud Politiani Etymologicum magnum anno 1291 scriptum, cui folio 209^r addita est alia manu saeculi XIV haec epistula: cf. Fr. de Furia catalogum manu scriptum IV 133^v s.

ΤΩΙ ΡΟΔΙΟΥ

Μόλις μὲν καὶ βραδέως, ἀγιώτατε δέσποτα, καλῶς δὲ καὶ χρησίμως οἶον ἐκλείποντά με τῷ δίψει τοῦ περι σοῦ χρηστόν τι μαθεῖν τοῖς

¹ cod. † ἐπιστολὴ τοῦ πλανούδη, πρὸς τὸν ῥόδου † ² litteras εἰ verbi ἐκ-

- σαντοῦ γραμμασιν ἐπότισας / καὶ ἀνέρωσας. ἐμὲ γὰρ οὐκ
 5 ἔστιν ἥτις ἡμέρα παρῆλθεν, οἶδεν ὁ φίλιος, τοῦ πόθου /
 ἐκτός· καὶ εἴ που τιτὶ τῶν ὑμᾶς ἢ τὴν γε Ρόδον εἰδόντων περι-
 ετύγχανον, οὐδὲν / ἦν ἕτερον εὐθὺς ἐπὶ στόματος ἢ περὶ ὑμῶν
 ἐρωτήσῃν, εἰ καλῶς εἰς τὴν νῆσον ἀφί/κεσθε, εἰ κάλλιον ἐν
 αὐτῇ διαγίγνεσθε, τίς ἢ παρὰ τῶν ἐγχωρίων ὑπάντησις, / τίς
 10 ἢ μετ' αὐτὴν ὑποδοχὴ καὶ εὐπείθεια. ἐγὼ μὲν ἄρα ἄτε περὶ
 ὑμῶν αἰεὶ τὰ κάλλιστα / πάντων βουλόμενος αἰεὶ τὰ κάλλιστα
 πάντων ἐλπίζω καὶ προφοιβάω· τῶν δ' ἐρωτωμένων / οὐδεὶς
 οὐδὲν ἤδει σαφὲς ἀπαγγεῖλαι, τῶν πειρατῶν ὡς ἔφασκον τὴν
 δεῦρο ἀποκλεισάντων ὁδόν, / ἕως εὖ ποιούντα τὰ σὰ κατέλιπε
 15 γραμματα καὶ μαθεῖν ἐξ αὐτῶν τε καὶ τοῦ ταῦτα κομίζοντος
 ἠδυνήθημεν, ὅπως ἐν καλοῖς / ἔστέ σὺν θεῷ καὶ οἴας τῆς παρὰ
 τῶν ποιμαινομένων τιμῆς ἀπολαύετε. γένοισθε οὖν ἐν ἀμείνοσι
 καὶ ὁσημέραι πρὸς τὰ / βελτίω προκόπτοιτε, ἵνα κἀγὼ χαίρω
 ἀκούων καὶ τοῖς λοιποῖς ὅσοι φιλοῦσιν ὑμᾶς ἀπαγγέλλω: †

Cpoli igitur novus metropolita in Rhodum insulam missus est.
 nam etsi Turcorum insula erat antequam anno 1309 in equitum
 Ioannitarum manus veniret, incolae tamen maximam partem Graeci
 Graeca lingua utentes, orthodoxae fidei. Nic. Greg. III 12. Cpoli
 in Rhodum vento secundo navigantes septimo die pervenerunt.
 Nic. Greg. III 11. —

ad ep. XXVI

9: ἀξιοῦμεν, (k). — Ep. ad eundem eodem ex monasterio
 Cpolim. ad ep. 24. —

13: λαοσυνάκτης est inter officiales magnae ecclesiae in qui-
 nario septimo officiorum tertius. convocavit publico signo ad rem
 divinam. Cod. Curopal. 6,7. 154. Ducang. gloss. pag. 789. —

ad ep. XXVII

25: εἴλεκεν. — 29: dele comma (k). — Ep. ad eundem eodem
 ex monasterio Cpolim. ad ep. 24. —

16: idemne hoc regium monasterium atque regium Demetrii?
 ad ep. 4,34. —

λείποντα quae extremo versu abscissae sunt supplevit Vitelli ⁴ ultimae versus
 secundi litterae abscissae; *μασι* supplevit Vitelli, *ν* ἐπότισας ego ⁶ οὐ πόθου
 extremo versu tertio supplevi ⁷ ultimas litteras ἐν supplevit Vitelli

18: anno 1293 Sylaeotes et Gennadius imperatorem adeunt ut succurrat clericis qui ab Athanasio patriarcha Cpolitano nihil aequi impetrent. Geo. Pach. II 167,1. — 26: *μάνδρα* est monasterium. cf. ep. 53,14. —

ad ep. XXIIIX

26: *συνεκενοῦν ἑαυτῶ* (k). — 66: proverbium. corp. Gott. I Diog. VI 56 (k). — 69: proverbium. corp. Gott. I Diog. IV 66 (k). — 72: proverbium. corp. Gott. II. Mac. V 10 (k). — 77: Hom. ε 298 (k). —

Ep. ad Theodorum Xanthopulum [Callistum]. eum ex scriptoribus eiusdem fere aetatis unus Cantacuzenus nominat, ed. Bonn. I 226,13. 230,12: anno 1327 Cpoli ab imperatore Andronico ad Andronicum nepotem rebellem mittitur cum aliis legatus *ἀρετῆ τε καὶ συνέσει καὶ παιδείᾳ κεκοσμημένος*. haud dubie idem est ad quem adolescentulum (ep. 28,89) Planudes scribit. plura de vita eius afferre nequeo: sed erat magnae apud homines eius aetatis auctoritatis et dignitatis, homo commodus non solum et iucundus moribus, sed etiam consilii plenus atque doctus, eloquentiae in primis laude insignis. ad eum sunt tria carmina Manuelis Philae *διφθέραν* petentis (ed. Miller I 264. II 3. 211), Nicephori Chumni epistulae undeviginti in Boisson. Anecd. novis: verbosae, rebus certis vacant. neque alia est ratio Michaelis Gabrae, cuius quindecim ad eum sunt epistulae ineditae. ad Xanthopulum praenomine non addito epistula est Nicephori Gregorae in Boisson. Anecd. Gr. III 189, duo carmina Philae (ed. Miller I 312. II 133), ad Xanthopulos Nicephori Chumni ep. 158 in Boisson. Anecd. novis. commemorantur enim praeter Theodorum Georgius Xanthopulus, ad quem Gabrae septem epistulae ineditae, et Nicephorus ille Callistus cuius scripta maximam partem collecta sunt in Mign. patrol. Gr. tom. 146. 147. ad hunc Gabrae epistulae ineditae undecim, Chumni una in Boisson. Anecd. novis, ep. 149, tria carmina Philae mendici (ed. Miller II 16. 27. 228), unum Theodori Metochitae ad Nicephorum Xanthopulum et de suis scriptis in codice Parisino 1776.

Plura de hoc Theodoro dicam in *Δελτίου τῆς ἱστορικῆς καὶ ἐθνολογικῆς ἑταιρίας* tomo III ibidemque edam orationem funebrem, quam in eum composuit Georgius Galesiota.

Hanc Planudis epistolam Carolus Dilthey, De epigrammatis

nonnullis Graecis disputatio, Gotting. 1881, pag. 3, simul cum observationibus quibusdam suis editurus erat; sed cum epistolam eandem etsi fatuam fatui hominis tamen non prorsus inutilem ab E. Piccolomini nuper evulgatam esse interim didicisset, id consilium abiecit. equidem paulo aliter de hac Planudis epistula iudicandum esse arbitror. bonum mihi exemplum videtur esse eius generis quod doctissimus quisque in epistulis scribendis ea aetate secutus est. in summa enim sermonis cottidiani quem pueri cum lacte materno suxerunt depravatione novo impetu et ardore ad Atticae linguae elegantiam ac venustatem se revocantes quam ex veterum rhetorum philosophorumque pertractatione novam sibi eximiamque assecuti esse videbantur humanitatem et doctrinam — *λογικῆς ἐπιστήμης* nomine eam amplectebantur —, eam ex epistularum in primis commercio eminere voluerunt. neque enim ut de rebus quas coram exponere non possent certiores facerent absentes, non ut usui cottidiano essent aut veros animi sensus et affectus aperirent, epistulas conscribebant, sed ut regeneratae quasi humanitatis artisque dicendi documento amicorum animos oblectarent. qua re id potissimum spectabant, ut rebus ipsis neglectis quam maxime possent scriberent ingenue, sententiose, disposite, orname. res quidem per nuntios qui litteras pertulerunt, non per litteras significabant, usui adeo non consulebant, ut de re qualibet exili et ieiuna, *περὶ ὑποθέσεως φανύλης, ταπεινῆς, βραχυτάτης*, scribere, dum modo morum probitatem, ingenii acumen, munditiem et ornamenta orationis, disserendi subtilitatem declararent, vel summae laudi esset. *φιλοτιμίαν*, non *χρείαν* spectabant. requirebant a scribentibus, ut vocabulis quibusdam utar apud illos usitatis, *τὸ τοῦ ἡθους κάλλος, γενναιότητα, τῶν ἐννοιῶν εὐπορίαν, κάλλος, πυκνότητα, συνέχειαν* — *τίσι τῶν νοημάτων χρηστέον, τίνων δὲ ἀφεκτέον, πῶς τε αὐτὸ διαθετέον καὶ μέχρι πόσου δὴ καλὸν ἐκτείνεω ἢ καὶ συστέλλειν, ῥημάτων συνθήκην, τὸ τῆς συμφράσεως κάλλος, καλλιπηγμένα ῥήματα καὶ πρὸς τέχνην συντιθέμενα, ἁρμονίαν καὶ ἀκριβείαν, ῥυθμὸν καὶ ῥητορείας κομψότητα*. verborum igitur illam exilitatem artificiosamque et frigidam subtilitatem etiam Planudem saepe numero aucupatum esse, cui displicuerit, aetatem ut fatuam improbet, non hominem.

3: Piccolomini l. l. pag. 108 (cf. pag. L): „Senza dubbio si accenna ad una qualche collezione di epigrammi, che doveva servire al Planude per la compilazione di quella antologia, che da

lui prese il nome di Planudea. V. Jacobs, Anthol. Vol. I. p. 1 a p. LXXX segg. equidem non video, cur τὴν τῶν ἐπιγραμμάτων βίβλον quam repetit a Xanthopulo eam ipsam syllogen esse negemus, quam nunc anthologiam Planudeam vocamus.

ad ep. XXIX

12: ὑποστρεψάντων. — 23: σταντῶ μὲν συνήθη, (k). — 25: λόγος, (k). — 33: dele punctum (k). — 41: — ἔχοι δ' ἄμεινον — (k). — 50: πράττοντες. καί (k). — 52: θάτερον καί (k). —

Ep. ad Demetrium Sguropulum, Aulonis ut videtur episcopum, Thessalonicae tum temporis morantem anno fortasse 1299. eo enim anno cum Thessalonicae imperator esset crebrum et commodum epistularum Cpoli commercium. alius haud dubie is est Demetrius Sguropulus quem anno 1341 inter domesticos imperatoris Ioannis Cantacuzeni fuisse dicit Cantacuzenus II 183,12. 140,3. Boissonad. Anecd. nov. pag. 312. ceterum satis vulgaria ea aetate nomina Σγουρός, Σγουρανός, Σγουρομάλλης, frequentius Σγουρόπουλος, quod nomen erant qui neglegerent alienum esse a nomine Συρόπουλος. — anno 1297 Planudes cum aliis legatis Venetiis rediens a Sguropulo comiter exceptus est Aulone. ad ep. 5,39. Aulon, hodie Valona vel Avlona, urbs et portus Epiri. inde petens oppidum τῶν Δευρῶν ad Drymonem fluvium a septentrione Lychnitidis lacus situm [Δεύρη apud Annam Comnenam, cf. Ducang. in Alexiadem ed. Reifferscheid pag. 650, apud Geo. Acropolitam ed. Bonn. 149,21 et infra, Δέσβη seu Δέβρη seu ἡ τῶν Δεβρῶν apud eundem 152,7; apud Manuelem Philen ed. Miller II 254 ἡ Δεῦρις, hodie Dibre sipre secundum Millerum ad h. l.] equitando Cpolim videtur rediisse. ita eundem portum ut navi inde veherentur equitando Cpoli petebant annis aliquot ante Ioannes Beccus et Constantinus Meliteniota. Geo. Pach. I 361,10 ss. —

30: Planudes se excusat Sguropulo quod ,odas' in laudem martyris Demetrii quas promiserat nondum composuit. at composuit postea, ultimis certe vitae annis. continetur enim in codice Vaticano Palatino Gr. 141 (P), in quo etiam has epistulas inesse pag. 186 dixi, fol. 136v—137v Planudis canon in sanctum Demetrium, ex octo odis compositus: cuius canonis partes acrostichide ita concatenatae sunt, ut tropariorum singulorum litterae initiales efficiant verba: ἀθλοφόρον Δημήτριον ἄσμασι Μάξιμος ὑμνῶ. quo in carmine pangendo exemplum sibi proposuit ad imitandum

Ioannis Damasceni, melodi illius saeculo IIX celeberrimi, canonem eius τὴν Ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ: cuius canonis odarum prima verba singulis odis Planudis praefixa sunt. cf. W. Christ et M. Paranikas, Anthologia Graeca carminum christianorum, Lips. 1871, pag. 226 ss. canonem descripsit in meum usum Alfredus Gercke. cuius apographum hic expressi ad verbum. notas quibus in libro manu scripto verba interpunguntur, infra contextum significavi omnes, iota ἀνεκφώνητον adieci.

- Μαξίμου μοναχοῦ τοῦ Πλανούδη
κανὼν εἰς τὸν ἅγιον Δημήτριον φέρων ἀκροστιχίδα:
ἀθλοφόρον Δημήτριον ἄσμασι Μάξιμος ὕμνω †
ἤχος πλάγιος ἀ
ὠδὴ α'
- 5 † τῷ σωτήρι θεῷ †
- | | | |
|----|--|---|
| 10 | Ἀγαθῶν τῇ πηγῇ
ἐκεῖθεν μάρτυς
νῦν μεταδοῦναι καὶ ἐμοὶ
ὡς ἂν ὕμνον ἄσω σοι | παρεστηκῶς καὶ χάριν
ἀρνούμενος
ταύτης ἀξίωσον,
τὸν ἐπινίκιον †
τοὺς δυσσεβεῖς νικήσας
ἀπηνέγκατο. |
| 15 | Θαροράεα ψυχῇ
ο μάρτυς στέφος
ἀλλὰ θαροεῖν οἱ τοὺς αὐτοῦ
οὐκ ἔχουσι βλέποντες
λαμπηδῶν σῆς ψυχῆς
ἐπὶ τῶν ἄρθρων
περικαλλῆ σε καὶ ἠδὺν
ἐδείκνυ καὶ χάριτος | ἐπαίνους πλέκοντες
οἷα ἠγώνισται †
δικνουμένη σαφῶς
τοῦ σου σώματος,
πᾶσι, Δημήτριε,
τῆς θείας ἔμπλεων † |
| 20 | Οὐρανὸς κατοικῶν
παρθένου μήτραν
καὶ ἀνωδύνως γεννηθεῖς
τοῦ κόσμου τὰ πέρατα· | ἐπὶ τῆς γῆς κατελθὼν
ἄγνην ᾤκησε
ὀδύνης ἔπαυσε
δόξα τῷ κράτει αὐτοῦ † |
- ὠδὴ γ'
† δυνάμει τοῦ σταυροῦ †
- | | |
|----|--|
| 25 | Φανλίσας τῶν ἀνόμων ἐχθρῶν ὁ μάρτυς ὄντως τὰ σεβάσματα
πολυτιμήτους νῦν στέφεται τῶν ἐπάθλων ἀναδήμασιν †
Ὁ μέλλων ἀντιπάλων δεινῶν καὶ ἀοράτων περιέσεσθαι
θάρος ἐνθεῖα θείῳ Νέστορι τὸν Ἀναῖον κατεπάλαισεν † |
|----|--|

¹ fol. 136 v loco nominis τοῦ αὐτοῦ ³ sine stellula ⁴ ᾱ ⁵ ὠδὴ α' adieci
⁶ stell. prior om. ⁹ ἀξίωσον, ¹⁰ ἐπινίκιον †† ¹² ἀπηνέγκατο. ¹³ πλέκοντες, ¹⁵ ψυχῆς·
¹⁷ δημήτριε. ¹⁹ κατελθὼν. ²⁰ ᾤκησε· ²² ultimus versus septem syllabarum, non
sex σου pro αὐτοῦ? ²³ in margine ²⁶ στέφεται. ²⁷ δεινῶν· περιέσεσθαι. ²⁸ νέστορι,

Ρομφαία τὴν καρδίαν πληγείς, ῥομφαία μάρτυς σε προσέταξεν
 ἐκκεντηθῆναι ὁ τύραννος, ἀλλ' ἤττάται καὶ περόντος σου † 30
 Ὅσφραίνεται τῶν μύρων τῶν σῶν ἢ ἐκκλησία καὶ κραυγάζει σοι
 εἰς ὁσμὴν μύρου δραμουῦμαι σου καὶ ἀρύσομαι τοῦ νέκταρος †
 Νυμφίον τὸν ὠραῖον Χριστὸν ὠραία νύμφη καὶ συνέλαβε.
 καὶ ἀνωδίνως ἐγέννησε καὶ παρθένος αὐθις ἔμεινεν †

ὡδὴ δ'

35

† εἰσακήκοα τὴν ἀκοὴν τῆς †

Δημητρίου τοῦ σοφοῦ τὴν καρτερίαν οἱ χοροὶ
 ἐξεπλάγησαν ἀγγέλων καὶ Χριστῷ ἀνεβόησαν.
 δόξα τῇ δυνάμει σου, κύριε †
 Ἦγανάκτει βασιλεὺς ὡς τοῦ Λυαίου στερηθεῖς. 40
 τὸ κεφάλαιον δ' ἐκείνων ἦν Δημήτριος ἅγιος
 φρόνημα προτείνων ἀήττητον †
 Μυροθήκην τὴν σορὸν τοῦ Δημητρίου πᾶς ὁρῶν
 τοῦτ' ἐκείνο ἐκβοάτω. στερεᾶς νῦν θηλάζουεν
 μέλι ἀπὸ πέτρας καὶ ἔλαιον † 45
 Ἡ παρθένος γαλουχεῖ καὶ παρθενεὺει ἀληθῶς
 ἢ τεκοῦσα τὸν σωτήρα Ἰησοῦν ὡς καινότεα
 ἄμφω καὶ φρικτὰ τὰ τεράστια †

ὡδὴ ε'

† ὀρθρίζοντες βοᾶμέν σοι †

50

Τοιοῦτόν σου τὸ τροπαιὸν ἔστησας, ἀθλοφόρε,
 ὡς καὶ τὸν καυλώμενον πάντα νικᾶν ἐγκαλύψασθαι †
 ῤευμάτων ἀντ' ὀλίγων τοῦ αἵματος τοῦ σου μάρτυς
 ἀκένωτα φεύματα μύρου πηγάξεις ἐκάστοτε †
 Ἰάματα τοῖς χηρῆσοι πρόκειται ἢ σορός σου 55
 ἐκάστοτε βλύζουσα, γενναῖε μάρτυς Δημήτριε †
 Οὐράνιον βιοὺς πρὶν πολίτευμα νῦν τὰ μύρα
 ἐκ γῆς ὡς οὐράνιον ὄμβρον προχεῖς, ἀξιάγραστε †
 Νεκρὰν γεγεννημένην ἐξώωσεν ὁ υἱός σου
 βροτῶν φύσιν, πάναγνε, σὲ δὲ χαρίτων ἠξίωσεν † 60

²⁹ πληγείς, προσέταξεν. ³⁰ τύραννος, ³¹ σοι. ³³ χν, συνέλαβε. ³⁴ ἐγέννησε.
³⁵ δ: ³⁶ haec non sana ³⁷ χοροί, ³⁹ verba σου, κύριε † addidi ⁴⁰ στερηθεῖς. ⁴¹ δημή-
 τριος, addidi ἅγιος ⁴⁴ ἐκβοάτω. θηλάζουεν, ⁴⁰ γαλουχεῖ. ⁴⁷ ἴν, ⁴⁹ fol. 137r ε
⁵⁰ stell. prior om. ⁵¹ ἀθλοφόρε. ⁵³ μάρτυς. ⁵⁶ βλύζουσα. ⁵⁷ πολίτευμα, ⁵⁹ γεγε-
 νημένην σου. ⁶⁰ πάναγνε.

ὥδη ζ'

† ἐνύκλωσέ με ἄβυσσος †

- Ἀρμόζεται πρὸς ἔνθεον πορείαν ἀνδρῶν τάξις ἅπασα,
 οἴκων σχέσις ἅπασα,
 65 τῶν ἐγνωκότων ἐθνῶν φύσις ἅπασα
 Σαλεύεις τὴν ἀσέβειαν ἐκ βάθρων τοὺς σοὺς ἀγῶνας, εὐδοξε †
 συνθλάττων ἰνδάματα, συντριβῶν ἀγάματα,
 τὰ τῶν ἀπίστων, ἐξαίρων σεβάσματα
 Μαρτύρων ἀκροθίνιον εἰδότες πιστὲ Χριστῷ Δημήτριε †
 70 μειζόνως σε σέβομεν, μεγίστως δοξάζομεν
 τὸν πᾶσι πάντα διὰ Χριστὸν γενόμενον †
 Ἀπειρανδρος ὑπάρχουσα παρθένε, πῶς μήτρα συνειληφας;
 πῶς βρέφος γεγέννηκας; πῶς κόρη μεμένηκας;
 ὡς ξένα πάντα τὰ ἐπὶ σοὶ τελούμενα †

75

ὥδη ζ'

† ὁ ἐν καμίνῳ πυρὸς †

- Σεμνυνομένοις ἡμῖν ταῖς σαῖς ἀθλήσεσιν, ᾧ μάκαρ,
 καὶ ἀνμνουσί Χριστὸν ἴασιν δίδου ψυχῶν †
 Ἰασιν δίδου ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων παῦε νόσους·
 80 φάρμακον ἔχεις καὶ γὰρ μύρων τὴν θείαν πηγὴν †
 Μύρων τὴν θείαν πηγὴν καὶ τὴν ἀόρατόν σου σκέπην
 ὄπλα διτὰ κατ' ἐχθρῶν αἴρομεν θάρρει ψυχῆς †
 Αἴρομεν θάρρει ψυχῆς χεῖρας πρὸς σέ, παρθένε· σὺ δὲ
 ὄρεγε χεῖρας ἐν σοὶ σεμνυνομένοις ἡμῖν †

85

ὥδη η'

† τὸν ἐκ πατρὸς πρὸ †

- Ξίφος καὶ πῦρ καὶ θηρία καὶ παντοῖαν ἄλλην βάσανον,
 δίψαν λιμόν τε καὶ ψύχος καὶ παντοῖαν ἄλλην κάκωσιν
 ὑποστῆναι μάρτυς διὰ Χριστὸν προέθου καὶ νῦν ζῆς εἰς αἰῶνας †
 90 Ἰσχυρογνώμων ὁ μάρτυς ἀπειλοῦντος τοῦ δικάζοντος
 καρτερογνώμων ἐκτόπως ἐκκεντοῦντος τοῦ κολάζοντος
 ὡς γενναῖα πάντα τὰ τοῦ γενναίου βλέπω καὶ τόλμης θείας πλήρη †
 Μετὰ ἀγγέλων χορεύεις ἀρεταῖς συζηήσας, ἄγιε,
 μετὰ μαρτύρων ἀγάλλη παρ' οὐδὲν νομίσας θάνατον
 95 εὐγενῆς ὁ μάρτυς καὶ τὴν ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ πάντη διαπρέπων †

⁶¹ ζ̄ ⁶² stell. prior om. ἄβυ † ⁶⁴ ἅπασα· ἅπασα ⁶⁶ βάθρων· ⁶⁷ ἰνδάματα·
 σεβάσματα· ⁶⁹ εἰδότες, γεραίρομεν· ⁷² παρθένε, ⁷³ γεγέννηκας· μεμένηκας· ⁷⁶ ζ̄ ⁷⁶ stell.
 prior om. ⁷⁷ μάκαρ· ⁷⁸ ψυχῶν· νόσους· ⁸¹ πηγὴν· ⁸³ σὺ δε, ⁸⁵ η̄ ⁸⁶ stell. prior om.
⁸⁷ θηρία, βάσανον· ⁸⁸ κάκωσιν· ⁸⁹ μάρτυς· ⁹⁰ fol. 137 v μάρτυς, δικάζοντος.
⁹¹ ἐκτόπως, κολάζοντος· ⁹² βλέπω· ⁹³ χορεύεις, ἄγιε· ⁹⁴ ἀγάλλη (sic) θάνατον· ⁹⁶ σῶμα,

- Ὀδοιποροῦντας κουφίζεις ἀθλητὰ μνημονευόμενος,
 ναυτιλλομένους προπέμπεις, ὥσπερ αὐτὰ λείου πνεύματος,
 πᾶσι γίνη πάντα καὶ πάντας ἀναψύχεις τοὺς δὲ προσκαλουμένους †
 Σεισηγμένον ἀρχῆθεν καὶ ἀπόρητον μυστήριον
 ἐσφραγισμένον καὶ μόνῳ τῷ θεῷ προγινωσκόμενον 100
 ἐν ὑστέροις χρόνοις ἐν σοὶ ἐφανερώθη θεὸν λόγον τεκούση †
 ὧδῃ δ'
- † σὲ τὴν ὑπὲρ τοῦν καὶ λόγον †
- Ἔπνον ἀφυπνώσας λόγχαῖς τρωθεῖς εὐκλεῆ
 πανταχοῦ νῦν ἐργήγορας, παμμάκαρ Δημήτριε, 105
 καὶ κινδύνων ἀρπάξεις τοὺς τιμῶντάς σε †
- Μύρον κενωθὲν φησὶν ὄνομά σου, σοφέ.
 διατοῦτο νεάνιδες ψυχὰι φιλομάρτυρες
 καὶ ἠγάπησαν ὄντως σε καὶ εἴκνυσαν †
- Νῦν καθαρωτέροις ὄμμασι βλέπων θεὸν 110
 παντὸς δίχα αἰνίγματος ἐσόπτρου τε, ἄγριε,
 καὶ ἡμῶν ὑπερέχου τῶν ὑμνούντων σε †
- Ὡ ἄραιοτάτη καλλίστη τὲ γυναικῶν,
 ἢ ἄραιον καὶ κάλλιστον Χριστὸν ὑπὲρ ἅπαντας
 τεξαμένη, τοὺς ὑμνητάς σου φύλαττε † 115

ad ep. XXX

33: οἶσθα. — 35: Cic. Lael. 13,47. cf. Stob. flor. XIII 49 (k). — 40: οὖν. —

Ep. ad Ioannem Zariden adolescentem. exstat multis in codicibus corpus epistularum triginta duarum, cuius primam notitiam dedit Leo Allatius in diatriba de Georgiis eorumque scriptis, Paris. 1651, pag. 363. descriptas habeo epistulas omnes ex codice Monacensi 50, contuli cum codice Rolambiano qui est Upsalensis 28 epistulas 21 priores (plures enim illo codice non continentur), tres primas C. O. Zuretti Taurinensem ex codice Gr. Taurinensi C. VII 20 meum in usum transcripsisse grato animo profiteor. harum quattuor (ep. 3. 6. 9. 21) Georgii Lacapeni sunt ad Ioannem Zariden, duodeviginti (ep. 1. 2. 4. 5. 8. 12. 14. 16. 18. 20. 23. 25. 27—32) eiusdem ad Andronicum Zariden, octo (ep. 11. 13. 15. 17. 19. 22. 24. 26) Andronici Zaridae ad Georgium Laca-

⁹⁶ μνημονευόμενος. ⁹⁷ προπέμπεις, πνεύματος. ⁹⁸ γίνη πάντα. ¹⁰¹ ἐφανερώθη. ¹⁰² δ' ¹⁰⁴ εὐκλεῆ. ¹⁰⁵ ἐργήγορας. ¹⁰⁷ σοφέ. ¹⁰⁸ φιλομάρτυρες, ¹¹⁰ δ'ν. ¹¹¹ αἰνίγματος. ¹¹² τὲ ἄγριε. ¹¹³ καλλίστη? γυναικῶν. ¹¹⁴ ἅπαντας. ¹¹⁵ ὑμνητάς?

penum. hi igitur Zaridae, quibus cum Lacapeno epistularum commercium est, eidem sunt atque ei qui in Planudis epistulis apparent. quod paucis probabo: 1) Andronicus Zarides amicissimus est Mercurio cuidam gratoque animo recordatur temporum illorum, quibus una cum eo litteras didicerit. scribit enim ad Lacapenum in ep. 22: τὸν Μερκούριον ὅτι σοι οὕτως ἤρμυσται πεπυσμένους οὐδὲν καινὸν ἔφην· ἤδη γάρ ποτε καὶ ἀρείονι μὲν σοῦ οὐκ ἂν εἴποιμι, ἐξ Ἰσού δέ σοι ἀμίλλησε· καὶ οὐποθ' ὄσγε τοῦτον ἀθέριζε. συνοφοίτα γὰρ ἡμῖν καὶ κορυφαῖος ἦν τοῦ χοροῦ. atque in ep. 24: τὸν δ' αὖ Μερκούριον, τὸν εἰδὸτα φιλεῖν σαφῶς καὶ λαμπρῶς τὸν ἐπιεικεία καὶ τρόποις καὶ ἤθεσι χρηστοῖς χρώμενον μεθ' ὑπερβολῆς, πρόσειπε καὶ τοὺς χρόνους ἐκείνους ἀνιττόμενος οὕς συνῆμεν ἀλλήλοις ἀνάμνησον. Mercurium Planudis discipulum fuisse vidimus ad ep. 5,11. non solum autem Ioannem Zariden, ad quem Planudis epistulae 30. 39. 42, Planude praeceptore usum esse ex epistula 39 et 42 comperimus, sed etiam fratrem eius, qui est Andronicus, ex ep. 109,70 elucet. — 2) Lacapenus in ep. 21 Ioanni Zaridae de filio post alios ut videtur liberos nato gratulatur, scribit enim: ἡσθην δὲ καὶ υἱεῖ τῷ νέῳ καὶ χαριστήρια τῆς αὐτοῦ γενέσεως καὶ αὐτὸς ἀνῆψα τῷ θεῷ καὶ ἠὺξάμην γε αὐτῷ καὶ εὐχομαι ὁπόσα ἂν αὐτοὶ οἱ τεκόντες εὐξήσθε. pluribus igitur annis ante uxorem duxit Ioannes Zarides. ex hac autem Planudis ep. 30 discimus uxorem ducere in animo illum habuisse. — 3) ad eundem denique Ioannem Zariden Lacapenus scribit in Asia versantem. orditur enim epistulam 9: ἦπου σὺ τρυφᾷς ἐν Ἀσίᾳ καθήμενος· καὶ νῦν μὲν θήραις τέρπη καὶ λειμῶσι καὶ δένδροις, νῦν δ' ἂ τούτων ἀμείνω ποιητῶν τε βίβλους καὶ λογογράφων τόκοις καὶ σοφιστῶν τεχνήμασιν. in suis ipsius agris ibi saepius videtur morari, ideo ab Andronico fratre in ep. 13 nominatur ὁ Ἀσιανὸς ἀδελφός. id bene congruit cum eo quod ex Planude comperimus; petit enim in ep. 109,70 ss., anno 1295, a pincerna Philanthropeno, ut Zaridas in possessionem restituat eorum agrorum, qui eis antiquitus in Asia sint. adulescentes igitur Zaridae erant his ultimis Planudis vitae annis, adultae aetatis in illis epistulis Lacapenianis, ut haud multo post iniens saeculum XIV Lacapeni Zaridaeque epistulae scriptae sint. uno enim verbo hic commemoro non ex eis modo quae attuli, sed aliis etiam ex causis mihi persuasum esse Georgii Lacapeni aetatem ultra prima eius saeculi decennia iniuria promoveri solere. — ad Andronicum Zariden praeterea quattuor

sunt epistolae Michaelis Gabrae, ep. 384. 416. 418. 438, tres Nicephori Gregorae, quarum initia afferuntur in Gregorae editione Bonn. pag. LIV. alia eiusdem epistula quae inscribitur τῷ Ζαρίδῃ est in codice Monacensi 10 fol. 362, totam denique epistolam τοῦ Ζαρίδου εἰς Νικηφόρον τὸν Γρηγορᾶν e codice Vaticano edidit Io. Boivinus in Greg. ed. Bonn. pag. LXXXII. Ioanni Zaridae una cum magno papia Constantino Palaeologo et protallagatore Senacherim anno 1321 Thessalonicae a despota Constantino negotium datum est, ut imperatoris Michaelis iunioris uxorem, quam filius eius Andronicus dimittere nollet, secundum mandata imperatoris Andronici senioris a deiparae statua per vim abstrahentes in navem deducerent, qua Cpolim ferretur. cuius facinoris anno qui secutus est poenas dederunt. Cantacuz. I 130. 150. — τῷ Ζαρείδῃ denique, nescio utri, scripsit 27 versus quos amico pollicitus erat Manuel Philes (ed. Miller II 217). — de tempore huius epistolae 30 nihil certi mihi constat, sed quoniam hac in epistula uxorem ducturus est Zarides, in ep. 39 et 42 magistro adhuc Planude utitur, ep. 30 scripta est post ep. 39 et 42. —

ad ep. XXXI

51: οὗ. — 64: ἀπήλαυνεν, cf. 67,107 (k). —

Ep. ad Autoreianum Cpolis exisoten scripta post annum 1296. nam iter Venetianum (ad ep. 5,39) commemoratur. duo apud Planudem sunt Autoreiani. praeter hunc Georgius aut Arsenius Autoreianus monachus. ad ep. 64. τῷ Ἀὐτωρειανῷ scripsit Nicephorus Chumnus, Boisson. Anecd. nova pag. 84 ss. Ἀὐτωρειανῆ et liberi eius ad annum 1316 commemorantur in Actis et diplomatis (ed. Fr. Miklosich et Ios. Müller) vol. I pag. 63.

21: nihil scio de hoc novo Ioannis praecursoris (baptistae v. 49) in Blanca templo.

22: ad Geo. Pach. I 365,14 Petrus Possinus in glossario (Geo. Pach. I 550): ‚quid fuerit hic Blanca vel Blancas, in monumentis aut descriptionibus Cpolitanae urbis reperire nondum potui.‘ regio videtur fuisse extra moenia, in qua situm τὸ Κοντοσκέλιον. Geo. Pach. I 365,14: τὸ πρὸς τὸν Βλάγχα Κοντοσκέλιον. Κοντοσκέλιον sive Κοντοσκάλιον portus fuit, qui etiam τῶν Σοφιῶν dicebatur, nunc Κάτεργα-λιμανί, de quo v. A. G. Paspatem, Βυζαντιναὶ μελέται, Cpoli 1877, pag. 124 s. et 226. commemoratur Blanca a Duca, ed. Bonn. 283,4. Fr. Miklosich et Ios. Müller, Acta et diplomata II

pag. 367 (anno 1400): τὸ περὶ τὸν Βλάγκια καπηλικὸν αὐτῆς ἐργαστήριον. pag. 394: κήπος περὶ τὸν Βλάγκιαν ἔξω πον καὶ σύν-εργυς τοῦ τείχους τῆς πόλεως.

53: Anselmus Bandurius in Imperii Orientalis tomo II, Venet. 1729, pag. 470: ,Caeterum Synagogam Iudaeorum extitisse etiam sub Andronico Seniore patet ex epistolis ineditis Athanasii Patriarchae CP: tres epistulas, quae ad eam rem spectant, adiungit. prima Athanasii epistula est γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα περὶ τῶν θεοκτόνων Ἰουδαίων, ἵνα ἐξέλθωσι τῆς πόλεως. in qua: ἡμεῖς δέ, ἄγιε βασιλεῦ, πῶς ἀντιλήψεται ὁ θεὸς σαβαώθ, ὅτι τὴν θεοκτόνον συναγωγὴν μὴ μόνον μέσον καθέξεσθαι παραχωροῦμεν τῶν ὀρθοδόξων, μυκτηρίζουσαν τὰ ἡμέτερα cet.

• ad ep. XXXII

11: φιλω. — 26: θείης. — Ep. ad Leontem Bardalen orphanotrophum ex monasterio fortasse Auxentii. ad ep. 24.

ad ep. XXXIII

33: αἰτίαν (k). — Ep. ad Manuelem Bryennium. philosophus enim hic Bryennius dubitari nequit quin Manuel ille Bryennius sit, cuius ἀρμονικῶν libros tres Ioannes Wallis ex tribus codicibus Oxoniensibus versione latina notisque illustratos edidit in volumine III operum mathematicorum, Oxon. 1699, pag. 357—508. idem Bryennius docuit Theodorum Metochitam magnum logothetam quadraginta tres annos natum astronomiam οἰκοδιδάσκαλος. Sathas, Μεσ. βιβλ. vol. I pag. κ'. Cantacuz. I 55,3. idem Metochita in libro cuius initium edidit Sathas l. l., Στοιχείωσις ἐπὶ τῇ ἀστρονομικῇ ἐπιστήμῃ, pag. ς: ἦν δὴ τις τῶν περὶ λόγους ἐχόντων ἐν τῇ βασιλίδι τῆδε καθ' ἡμᾶς πόλει Μανουὴλ ὄνομα Βρυέννιος, ἀνὴρ, ὡς ἔδειξε πειραθεῖσι, περὶ πᾶσαν μαθηματικὴν ἔξιν, ἀστρονομικὴν τε μάλιστα ἐπιστημονικώτατος, εἰ δὴ ποτὲ τις ἄλλος et quae sequuntur. homo videtur fuisse omni doctrina eruditissimus, sed tristi ac morosa solitudine a puero usque ad senectutem litteris totum se involvens incredibiles condidit thesauros doctrinae quae neque suo neque communi fructui esset aut delectationi. eum igitur ipsum Metochita gloriatur ex umbra in pulverem ac solem produxisse. qui cum vetere cum Planude amicitia coniunctus esset, eo ipso autem tempore quo a Metochita († 1332, v. Sathas l. l. pag. νθ') laudibus celebraretur, non iam in vivis esset, non,

ut fere fit, circa annum 1330 floruisse putandus est, sed triginta fere annis ante. ad eundem Bryennium duae sunt Michaelis Gabrae epistulae, 9 et 31, quibus de eo novi nihil affertur. scribitur nomen in codice Gabrae et in cod. Bourbonico 262, quo continetur *ἀρμονική, Βριαλνιος*. —

7: Diophantum Alexandrinum constat *ἀριθμητικῶν* scripsisse quidem *βιβλία ιγ'* (G. H. F. Nesselmann, Die Algebra der Griechen, Berol. 1842, pag. 256), sed omnibus qui supersunt codicibus sex tantum libros contineri arithmeti corum et tractatum de numeris multiangulis imperfectum. quorum codicum cum ex uno exemplo eoque mutilo omnes derivandos esse primus vidisset Claudius G. Bachet (v. Nesselmann pag. 257), duas familias constituendas esse exposuit Paulus Tannery, *La perte de sept livres de Diophante*, in *Bulletin des sciences mathématiques*, tom. IIX part. I, Par. 1884, pag. 193. neque Planudem est cur arbitremur omnes Diophanti libros integros in manibus habuisse. comperimus autem ex epistulis de codicibus eius tribus: unus est Bryennii, alter Planudis, tertius regiae bibliothecae monasterii cuiusdam Cpolitani, quem Planudes protovestiarario Theodoro Muzaloni remittit. hunc in bonum statum restituit extrinsecus et intra, ep. 67,31—36, 106, 107, Bryennii cum suo ipsius codice conferre vult. in regio igitur codice bibliopegi potissimum artem videtur administravisse (ad ep. 100), in suo autem ipsius emendandi artem eum exercuisse hoc certo testimonio docemur. quodsi reputamus Planudem inter eos, qui saeculo XIV apud Byzantinos mathematicis studerent, summa auctoritate floruisse neque ullum fere eorum Diophanti codicum quos novimus ante eius aetatem scriptum esse, verisimile est esse inter eos, qui ad Planudis *διόρθωσιν* redeant. quam in rem velim Paulus Tannery, is quem nova nos Diophanti editione donaturum esse speramus, accuratius inquiret: qui scholia quae duobus Diophanti libris primoribus adscripta sunt — latine edidit ea Basileae anno 1575 Guilelmus Xylander sub Planudis quidem nomine, sed dubitanter — si Planudi iustis causis adsignari negans a Nicolao Artabasso eo qui Planudis vestigiis alibi institit (ad ep. 46,37) scripta esse coniecit (v. eius ,Manuel Moschopoulos et Nicolas Rhabdas' in annali, quem supra laudavi, pag. 270), Diophanti verba ipsa in eis codicibus, in quibus illis scholiis illustrantur, a Planude si non emendata at recensita esse haud scio an probaturus sit. —

ad ep. XXXV

Aenigma non solvi. —

ad ep. XXXVI

11: Ἀγαθόνικος τί; (k). — Ep. ad Andronicum Palaeologum. in Asia per hiemem versatur. ad ep. 51, ibidem de Agathonico. —

16: de sepia Boisson. Ψέλλος, Norimb. 1838, pag. 299. —

21: huic Andronico, de quo etiam in ep. 41 scribit, quae ratio intercesserit cum Andronico Palaeologo nescio. —

ad ep. XXXVII

7: ἀπητοῦμεν· (k). — 14: ποιῆ. (k). — Ep. ad eundem. —

ad ep. XXXIIX

5: proverbium. corp. Gott. II Apost. VII 60. cf. ep. 66,29 (k). — 15: ἀγαγῆναι, ἄλλο μὲν οὐκ ἂν βούλοιτο, (k). — 33: ἐλευσόμηνος cf. 42,5. 55,15 al. (k). — 38: Δίκη cf. 44,44 (k). — Consilio nomen neque eius dicit ad quem scribit neque eius de quo scribit. hic potest esse Euphrosynus. ad ep. 44,3. hieme scripta est epistula. ep. 38,18. 29. —

ad ep. XXXIX

Ep. ad Ioannem Zariden adolescentem. —

ad ep. XL

Ep. ad despotam [Michaellem] in Asiam scripta post epistulam 43. nam qui in hac epistula notus est despotae Mercurius, in ep. 43 ei commendatur. ad despotam scripsit ep. 40. 43, fortasse etiam 48. 52. in Asia cum filiis suis (ep. 40,24. 43,17) versatur. Planudes Lopadii (ep. 40,6. 48,11), in Bithyniae urbe ad Lycum fluvium Artyniumque stagnum sita, una cum eo fuerat. sperat celeriter eum Cpolim rediturum filiosque missurum, ut sua Mercuriique disciplina utantur, ep. 40,24. quae hic de despota comperimus non satis sufficiunt ut certo affirmemus quem despotam intellexerit. equidem hominem despotae nomine eundemque βασιλείας titulo insignitum, patrem duorum filiorum (ep. 40,24. 43,17), qui ultimis saeculi XIII decenniis Cpoli fuit, inveni unum, Michaellem; cuius progeniem nosces ex hac tabula:

imp. Michael Palaeologus [† 1282]	Michael Angelus Comnenus [† circa 1301]
imp. Andronicus Palaeol. [† 1332]	Anna Palaeologina [† ante 1301] × Michael despotas
Andronicus Palaeol. [protovestiarius † 1326]	Constantinus Palaeol. [protosebastas † 1346]

Michaelis Angeli filius Demetrius Angelus Comnenus Ducas (Geo. Pach. I 243), qui patris mortui in memoriam omisso proprio nomine Michaelis nomen adumpserat (Geo. Pach. I 439,12), despotae dignitate donatus circa annum 1278 Annam Palaeologinam uxorem duxit (Geo. Pach. I 441,2). qua mortua filiam Terteris, Bulgariae regis, anno 1301 duxit (Geo. Pach. II 304,3). ex priore matrimonio duo ei filii erant, materno cognomine Palaeologi dicti: Andronicus qui, protovestiarius ab imperatore dictus, mortuus est anno 1326 (Cantacuz. I 211,20) et Constantinus qui protosebasti honorem tenebat (Cantacuz. II 196,3. 256,10). cf. Ducangii historiae Byzantinae commentarium priorem, Lut. Par. 1680, pag. 209, lin. 13 ss. —

ad ep. XLI

19: nihil intercidit; verte: si quidem ille maneat cui etiam alios adhortari facillimum (k). —

Ep. ad Andronicum Palaeologum. —

ad ep. XLII

5: τῷ pro τῶν (k). — 8: — πῶς γὰρ οὐκ; — ἄν, (k). — 11: dele punctum (k). — 16. 17: τὸ pro τῷ (k). — 18: καί, ὅπως ἂν ἐπιδιδῶ ταῦτα, τὸν (k). —

Ep. ad Ioannem Zariden adolescentem. —

ad ep. XLIII

4: ἐκποδῶν (k). — 10: proverbium. corp. Gott. I Zenob. VI 3 (k). —

Ep. ad despotam [Michaelem] in Asiam. —

7: praeter morem Planudes nullis verborum contumeliis parcat in Mauricium. est ei homo nugator, periurus, sacrilegus, omnibus fere vitiis deditus. cf. ep. 49,20. 52. cuius odii quae causa fuerit satis est dilucidum. de litigio agitur domestico fratrum eius monasterii, in quo tum etiam erant et Mercurius et Planudes. prioris inter coenobitas dignitatem (*ἡγουμενείαν*) ut adipisceretur (ep. 49,27. 52,7. 88,16), Mauricius omnem artem videtur expertus esse; ut ementitur hominis summae in his rebus auctoritatis patrocinio se uti et favore. ep. 52. quem hominem hunc despotam in Ionia versantem fuisse crediderim. ep. 52,13.

ad ep. XLIV

9: οἷς pro ἦς (k). — 11: dele comma (k). — 44: Δίκη Preller, Gr. Mythol. I² pag. 70 (k). —

3: Euphrosynus senex ex chersoneso Taurica Cpolim profectus in carcerem detrusus est. ut hac epistula, ita ep. 46 Planudes petit, ut ille liberetur. ad ep. 38. —

7: de carceribus Byzantinis v. A. G. Paspatem, *Τὰ Βυζαντινα ἀνάκτορα*, Athen. 1885, pag. 143. —

ad ep. XLV

3: ἐμοί, (k). — Ep. ex Auxentii ut videtur monasterio Cpolim. ad ep. 24. —

ad ep. XLVI

6: οὔτος. — 10: proverbium. cf. Lucian. Catapl. 5 (k). — 19: ψέγοντες, (k). — 28: proverbium (k). — 29: οὐ κἄν (k). — proverbium (k). — Ep. ad Georgium Beccum. idem videtur esse ad quem Nicephorus Gregoras epistolam scripsit cuius fragmentum edidit Boissonade, Anecd. Gr. III 193: τῷ μεγάλῳ οἰκονόμῳ τῷ Βέκῳ. cf. Nic. Greg. ed. Bonn. I pag. LIV; cod. Gr. Monac. 10 fol. 392. sed mire erravit Boissonade hunc magnum oeconomum eundem esse ratus atque Beccum illum Ioannem, Latinorum ecclesiae contra Graecos acerrimum propugnatores. hic enim neque unquam magnus oekonomus fuit et mortuus est anno 1298 in vinculis, Geo. Pach. II 785, Nicephorus autem Gregoras natus est circa annum 1295. Nic. Greg. ed. Bonn. I pag. XIX. —

15: Preller, Gr. Mythol. II² pag. 281 (k). —

29: chartophylax est inter officiales magnae ecclesiae quartus in quinario primo. Cod. Curopal. 4,4. 126—129. Ducang. gloss. pag. 1737. Miller ad Manuel. Phil. carm. I 232. eo munere functus est annis 1284 et 1288 Cpoli Georgius Moschampar, Ioannis illius Becci inimicus. Geo. Pach. II 92,9. 99,6. 115,12; anno 1297 Cyprianus. Geo. Pach. II 253,6. —

37: occupatus igitur fuit Planudes in libro quem inscripsit *Ψηφοφορία κατ' Ἰνδοῦς ἡ λεγομένη μεγάλη*; quam edidit ex duobus potissimum codicibus Parisinis C. I. Gerhardt, Das Rechenbuch des Maximus Planudes, Hal. 1865, Germanice vertit H. Waeschke, ibid. 1878; iniquius de Planudis libro iudicat Maur. Cantor, Vorlesungen über Geschichte der Mathematik tom. I, Lips. 1880, pag. 432—435. vellem titulum libri quem a Becco mutuatus est Planudes indicasset; melius de fontibus, quibus ad librum suum arithmeticum usus esset, iudicarem. falso enim censet Gerhardt pag. IV Planudem Italorum novum ratiocinandi genus fortasse apud Venetos cognovisse. eiusmodi enim studiis cum ibi cum capitis periculo moraretur eum vacasse quis credat. simili errore captus Godofredus Bernhardy, Grundriss der Griech. Litteratur, tom. I⁴ pag. 730, opinatur Planudem linguae Latinae cognitione in Italia imbutum esse. — magni apud Byzantinos hunc Planudis librum habitum esse cum codicum numerus ostendit haud exiguus, tum codices Parisini 2428 et suppl. Gr. 652, quibus liber Planudis continetur emendatior factus a Nicolao Artabaso simul cum eius adnotationibus; fortasse etiam adiectae sunt adnotationes aut Demetrii Cydoni aut Isaaci monachi Argyri. v. Paulum Tannery in commentationibus eius quas pag. 227 laudavi, pag. 267—269 et pag. 130 ss. quem quidem Planudem anno 1341 vixisse et Barlaami Calabri aequalem fuisse etiam nunc dicturum esse non putaverim. —

40: quas hic proponit de numeris quadratis quaestiones in libro suo (ed. Gerhardt pag. 29 ss.) solvisse sibi visus est, magnam partem suo Marte, *ἡμετέραν θεοῦ νεύσει τὴν εὐρεσιν εἶναι λέγομεν*. —

ad ep. XLVII

Λακωνίζει hac epistula Planudes et proxima et aliis pluribus: duplici enim ratione in epistulis, quas arte scripserunt, Byzantini utebantur: aut atticissare sibi proponebant aut more Laconum scriptitabant. cf. ep. 12, 159. 94, 16 ss. 117, 5. qua de re quid senserint ea aetat bene Georgius Cyprius epistula quadam (meae collectionis ep. 203)

Βραχέα μὲν ἐν ῥήμασιν ἐπιστέλλειν, πληρέστατα δ' ἐν νοήμασιν, ἄριστα ἐπιστέλλειν ἐστὶ· καὶ δύναται ἂν τις ὑποκείμενον νόημα λόγῳ δηλοῦμενον βραχεῖ τε καὶ τεχνικῶ καὶ αὖ αὐτὸ διὰ μακρῶν ἐκλαλούμενον πολὺ μᾶλλον ἐκείνῳ ἢ οὕτω καταλαβεῖν. ζήλωσον καὶ σύγε τῆσδε τῆς βραχυλογίας τὸν τύπον· κἂν ἐφίκοιο κἂν ἔλθῃς εἰς ἄσκησιν, ἐπαινετὰ ἐπιστέλλων ποιήσεις. ὅσον νῦν μὴ τοιαῦτα καὶ τοὺς ἀφθόγγους σχεδὸν Λάκωνας, ὑπὲρ τοὺς ἐναντίως ἔχοντας Ἀττικούς ἐπαινήσεις ἐν φειδοῖ λόγων καὶ ῥημάτων πενία νοημάτων περιουσίαν ἐπιδεικνυμένους: — cf. Nicephorum Chumnum in Boissonad. Anecd. novis pag. 5, eiusdem epistolam 28 pag. 33 et Laconicarum epistularum decadem pag. 61—63. —

ad ep. XLIIX

3: τὰ abesse potest (k). — 12: proverbium. cf. ep, 93,11 (k). — 17: proverbium (k). —

Ep. ad despotam [Michaelem], ut videtur, quem Lopadii convenerat. ad ep. 40. —

ad ep. XLIX

3: σε — πολὺς (k). — 4: ταῦτα — καὶ (k). — 7: ἄπτεισθαι — καὶ (k). — 8: μάρτυς — οὐδὲ (k). — 16: proverbium. v. Ed. Kurtz, Die Sprichwörtersammlung des Maximus Planudes, Lips. 1886, pag. 21 nr. 60, O. Crusius in Museo Rhen. XLII pag. 405. — 20: proverbium (k). — 23: proverbium (k). — τσαῦτα pro το ταῦτα (k). — 26: proverbium (k). —

ad ep. L.

4: ev. Matth. VI 12 (k). —

ad ep. LI

29: ὄρεῖς; ἔαρ ἤδη καὶ (k). — 34: προσφέρειν. (k). —

Ep. ad Agathonicum scripta est, ut recte me monuit Eduardus Kurtz, non ad Melchisedecum. pergit enim cavillari Planudes cum ipso Agathonico, qui in ep. 36 ad Andronicum Palaeologum data ob scribendi pigritiam lepide vituperatus eodem ludo Planudem lamberavit. scripta est vere, quadragesimae tempore, v. 29. 10, in Ioniam, v. 26. tertius, quem in epistula v. 4 et 34 respicit, est Andronicus Palaeologus. —

ad ep. LII

Ep. ad despotam [Michaelem] ut videtur, in Ioniam. ad ep. 40. —

12: Ioannes famulus est Planudis, quem quod bonae est indolis propensusque ad discendum, Chalcomatopulo scholae magistro maiore studio ep. 66 commendat. Piccolomini pag. L not. commendat eum cum Ioanne Phacrasis filio ep. 8,29. ad ep. 3. ut hic ad despotam in Ioniam, ita saepius ad amicos mittitur ut mandata peragat. Nicaeae est in ep. 57. vere alterius anni postquam adversus Turcos in Asiam profectus erat pincerna Philanthropenus, i. e. anni 1295, longinquam peregrinationem suscepit cum fasciculo epistularum ad Philanthropenum 79. et 80., ad monachos in Critzo habitantes 81., ad amicum quendam 82., ad Ignatium 83, ad Melchisedecum 85. cf. etiam ep. 99,140 ss. ad ep. 60 pag. 238 m. item ad Theoctistum fortasse Adrianopolim missus est. ep. 9,32. —

ad ep. LIII

9: *λύπης*. (k). — 12: *τυχεῖν*, (k). — 18: *τοσοῦτων* (k). —

Ep. ad Nicomediae episcopum. Nicomediae natus est Planudes. pag. 191s. —

ad ep. LV

19: *φασίν* — *οὐκ* (k). — Ep. ad protosebastum Tarchaniotam post annum 1293. anno enim 1294 post mortem Theodori Muzalonis imperator Andronicus filium Michaelis Tarchaniotae natu maiorem protosebasti dignitate ornavit eodem tempore quo frater eius natu minor pincerna factus est. ad ep. 60 pag. 235 p. m. 236 p. m.

6: imperatoris Hadriani templum Cyzici exstructum a Byzantinis in numero septem orbis terrarum spectaculorum reponitur: septimum est Nicetae apud Io. Conr. Orellium, Philonis Byzantini libellus de septem ὀrbis spectaculis, pag. 144. inter Mausoli tumulum aedemque Dianae Ephesiae enumeratur apud Georgium Cedrenum, ed. Bonn. I 299. eosdem versus paulo discrepantes et emendatiores exhibet cod. Baroccianus 68, chartac. saec. XV, fol. 76 v:

† *Περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων: —*

*Καινὸν θέαμα τῶν πάλαι πυραμίδων,
Αἴγυπτος ἄσπερ εἶχε κόμπον ἢ πλάνην
καὶ πύργος ἄστρους ἐξισούμενος Φάρον.*

μέγας κολοσσός ὁ θρυλλούμενος Ῥόδου
καὶ τύμβος ἐξάκουστος ὁ τοῦ Μανσώλου
καὶ Κυζίκου φέριστος ἀρραγῆς δόμος
καὶ τὸ θέατρον Λυκίας τῆς τῶν Μύρων,
ὅπερ κατεσπάραξεν Ἰσμαῆλ γόνος,
καὶ Ῥουφίνειον ἄλσος ἐν τῷ Περγάμῳ.
ναὸς δ' ὁ παμμέγιστος ἐν βασιλίδι,
ἀσυγκρίτως ἤτις δὲ πᾶν τοῦτο κλέος: —

ex codice Ambrosiano C 222 inf. fol. 180^v descripsi haec:

† Τίνα τὰ τοῖς παλαιοῖς θρυλλούμενα ἐπὶ θεάματα: —

Πρῶτον θεάμα τὸ Καπιτώλιον Ῥώμης: δεύτερον θεάμα ὁ Φάρος
Ἀλεξανδρείας: τρίτον θεάμα ὁ περίβολος Καισαρίας: τέταρτον θεάμα
ὁ κολοσσός Ῥόδου: πέμπτον θεάμα ὁ Βελλεροφόντης Σμύρνης: ἕκτον
θεάμα ὁ ναὸς τῆς Κυζίκου: ἑβδομον θεάμα τὸ θέατρον Ἡρακλείας:
ὄγδοον θεάμα τῶν ἄλλων πάντων ἀξιαφηγητότερον ὁ ἐν Κων-
σταντινου πόλει ναὸς τῆς ἁγίας Σοφίας, ἦτοι τοῦ υἱοῦ καὶ λόγου
τοῦ θεοῦ, ἔργον Ἰουστινιανοῦ βασιλέως: — eodem loco sequitur:
Ἄλλο περὶ τούτων: — τὰ δ' θεάματα τῆς οἰκουμένης·
ἅτινα εἰσὶ ταῦτα: — haec ad verbum non descripsi, afferuntur
autem spectacula haec: 1) Φάρος Ἀλεξανδρείας· 2) Βελλεροφόντης
Σμύρνης· 3) Μανσώλου Καρικὸς τάφος (haec duo scriba se vidisse
negat)· 4) κολοσσός Ῥόδου· 5) τὸ Καπιτώλιον τῆς Ῥώμης, ἦτοι
τὸ παλάτιον· 6) ὁ ναὸς Κυζίκου· 7) τὰ Βαβυλωνίως τείχη· 8) αἱ
πυραμίδες αἱ ἐν Αἰγύπτῳ. —

9: οἶκος Hyrtaci quid sibi velit nescio. insula ei obiecta est,
in qua templum. cf. Cantacuz. I 339: anno 1328 Cyzicum traiecit
imperator, ἅμα μὲν τὴν τῆς θεομήτορος ἀχειροποίητον εἰκόνα, ἣ
πρὸς τὸν ἐν Ῥοδάκῳ ναὸν ἦν, προσκυνήσων, ἅμα δὲ κατοψό-
μενος καὶ τὴν χώραν. anno 1265 imperator Michael Venetis se
daturum esse pollicetur εἰς τὸ Ῥοδάκιον, ἵνα ἔχωσι τόπον. v. Fr.
Miklosich et Ios. Müller, Acta et diplomata, vol. III pag. 79, qui
idem ad hunc locum laudant Tafel et Thomas, Urkunden etc.,
Wien 1857, vol. III 70 not. 7. ex hac quidem regione cognomen
traxit Theodorus ille Hyrtacenus. v. eius ep. 68 ad patriarchae
Ioannis filium: ἔρωσ ἐκάστῳ σφοδρὸς γαίης φίλης πατρίδος —
τουτὶ τὸ πάθος πῶς δοκεῖς τῶν ἄλλων μᾶλλον ἐνεῖναι μοι; ὁπότε
δὴ δι' αὐτὸ καὶ τὴν Ῥοδάκου προσηγορίαν ἔσχον ἐπωνυμίαν·
ἀμέλει τοι περικαομένῳ μοι τῆς πατρίδος ἔδοξεν ἔρωτος αὐτῆ ψυχα-
γωγία σφοδροῦ τῶν ἐπ' ὄρους Κυζίκου μονυδρίων ἰδρυμένων

πολλῶν ἐνὸς ἐγκρατῆ καταστῆναι. cf. La Porte-du-Theil, Notices et Extraits, tom. V. pag. 714 s. non igitur Hyrtaci, in Cretae urbe, Theodorus ille natus est. —

ad ep. LVI

Ep. ad medicum quendam Nicaeensem. ep. 57,6. —

ad ep. LVII

10: φιλεῖν· καὶ τι (k). — 11: σύ· (k). — Ep. ad eundem. —

4: Ioannes Planudis famulus. ad ep. 52,12. —

6: melius iudicat de Nicaeae salubritate Theodorus Metochita aequalis in libro *Νικαεύς*. v. Sathas, *Μεσαιων. βιβλ.* vol. I 141. —

ad ep. LIX

4: διετίθεισαν, οἷς ἀπήγγελλον· (k). — 16: ἄλλος, (k). — ἔτι. (k). — 17: πάντα, (k). — 24: ἐπανήκοντας; (k). —

Ep. ad protosebastum Tarchaniotam post annum 1293. —

5: Chrysaphius est inter comites Tarchaniotae. ep. 58,7. 59,7. 75,11. —

ad ep. LIX

3: Proverb. Sal. XIII 17 (k). — ἐαυτοῦ; (k). — 8: ὄφθη (k). — 9: ἔλαβεν, (k). — 10: γάρ, (k). — 17: δ' ἀντι πολλῶν (k). — 18: ἀρκέσει καὶ (k). — χρεῖα, ἀλλὰ σὲ (k). —


Ep. ad eundem post annum 1293. —

ad ep. LX

17: συνάψαντα — (k). — 18: σταθηρῶ, (k). — 30: dele punctum (k). — 31: λέγω. (k). — εἶ (k). — 32: μὲν — συναπολάύσω καὶ (k). — 36: Φιλαδέλφειαν. —

Ep. ad Alexium Philanthropenum pincernam in Asiam anno 1294. —

Protosebastus is, ad quem Planudes scripsit ep. 55. 58. 59. 75. 76, quem commemorat ep. 74,6, et Philanthropenus fratres sunt, quorum hoc stemma est:



Avus paternus Nicephorus Tarchaniota ὁ ἐπὶ τῆς τροπῆς, tum magnus domesticus. Geo. Acropol. ed. Bonn. 60s. 71,17. 96,13. Geo. Pach. I 34,1. — avia paterna Maria Palaeologina, soror germana imperatoris Michaelis Palaeologi († 1282), quae monacha Martha vocata est. Geo. Acropol. 60,3. Geo. Pach. I 33,24. 292,9. 295,10 s. — pater Michael Tarchaniota, primus ex tribus fratribus, ab imperatore Michaele ut sororis filius regie educatus, Geo. Pach. I 109,7, magnus primicerius, Geo. Pach. I 295,16. magnus domesticus anno 1281 Francos vicit, ad ep. 112,40. tum protovestiarium dignitate donatus (v. Cod. Curopal. 8,13—18) Caesaris honorem ab imperatore Andronico avunculi filio sibi oblatum tam diu recusavit donec re bene gesta eo dignum se praestitisset. anno igitur 1284 in occidentis tractus missus est, ut Demetriadem Thessaliae urbem vi caperet. sed eodem anno in obsidione pestilentia absumptus est. Geo. Pach. II 68,4 ss. cf. ep. 77,52. in matrimonium duxerat filiam Alexii Philanthropeni-Ducae. Geo. Acropol. 126,13. ut Tarchaniotarum ita Philanthropenorum familiae inter Byzantinos nobilissimae. Geo. Pach. I 65,10. avus igitur maternus Alexius factus est protostrator, Geo. Pach. I 109,15. anno 1263 classi praefectus insulas vastavit, Geo. Pach. I 209,6. anno 1271 Latinorum classem devicit, sed ita vulneratus est, ut vitae timerent. ex morbo recreatus magnus dux creatus est. Geo. Pach. I 333 ss. —

prior Michaelis Tarchaniotae filius, cuius praenomen nusquam commemoratur, .. Tarchaniota anno 1294 post mortem Theodori Muzalonis (ad ep. 67) dignitatem accepit protosebasti eodem tempore, quo frater Alexius pincernae, Geo. Pach. II 210,5. soror nupsit Alexio Rhauli, Geo. Pach. II 69. — Alexius Tarchaniota pincerna ex avo materno dictus est Philanthropenus. Geo. Pach. II 210,5; ex eodem etiam aliquotiens dicitur Ducas, ep. 86,94. 96,2. 118,52. de hoc memoriae prodiderunt rerum scriptores Georgius Pachymeres, II 210—229, aequalis, et Nicephorus Gregoras, I 195—202; ita prodiderunt, ut hic cum Georgio, qui ante eum scripsit, quanquam aliam auctoritatem secutus est, ut de rebus ab illo gestis, ita de ingenio ac moribus maximam partem consentiat. Philanthropenus igitur adulescens summa ingenii laude excellens pincernae honore donatus ab imperatore Andronico Asiae quae dicebatur minor, Lydiae, Celbiano usque ad mare praefectus est, ut fines imperii a Turcorum incursionibus tueretur. hi enim Maeandrum

flumen transgressi non solum loca quae adiacebant, sed etiam interiores imperii regiones depopulabantur. pincerna igitur non tam rebus praeclare gestis quam consilio effecit, ut omnia prospere evenirent. nam non solum proeliis secundis factis expugnatisque castellis plurimis hostes trans Maeandrum reiecit, sed etiam incredibili quadam animi dexteritate, humanitate atque liberalitate, φιλοδοξία προς τε τούς ἐχθρούς ἅμα καὶ πρὸς τοὺς φίλους homo suavissimus et suorum et Turcorum animos mirum quantum sibi conciliavit. at rebus secundis corruptus est. ab amicis enim, inter quos Melchisedec monachus Acropolita, ad defectionem compellebatur. quibus primum quidem aliquot tempus fortiter resistens imperatorem Andronicum precibus adiit, ut imperium sibi abrogaret. quod cum petenti denegatum esset, non iam repugnans fide violata autumno anni 1296 ab imperatore descivit palam: Theodorum enim fratrem eius (ad ep. 2), qui in Lydia tum commorabatur, cepit captumque custodiae tradidit. verum audacior quam prudentior fuit: nam paulo post ipsi accidit, ut a Libadario protovestiarita, qui Ionicis urbibus circa Neocastra praeerat, caperetur tertioque die post luminibus orbaretur: id factum est circa natalicia Christi anni 1296. Geo. Pach. II 229,2. 846. tanta autem celeritate res gesta est a Libadario, ut seditionem exarsisse primo die anni 1297, sexto fere die post debellatum esse Cpolim nuntiatum sit. Geo. Pach. II 229,10. 230,17. — De reliqua Philanthropeni vita solus fere Nicephorus Gregoras memoriae tradit. anno 1324, duodetriginta (non ut Nicephorus I 360,17 duodequadraginta; cf. ad hunc locum Ioannem Boivinum, Nic. Greg. II 1230) annis postquam excaecatus erat Philanthropenus intercessione Esaiæ patriarchae (1323—1334) ab imperatore in gratiam receptus est. tanta autem etiam tum eius nominis fama fuit apud Turcos cum sine exercitu, sine armis, sine pecunia, fretus sola prudentia et rerum usu Philadelphiae ab eis obsessae succurreret, ut armis abiectis ab obsidione recederent. καὶ ὑπίαις ἅμα χερσὶ καὶ γνώμαις εἰρηνεούσαις ὑπαντῶσι καὶ ὑποδέχονται· καὶ ὡν πάλαι καλῶν ἀπέλαυσαν ἐξ αὐτοῦ νῦν ἐν μνήμῃ γενόμενοι χάριτας ὁμολογοῦσι καὶ πᾶν τὸ κατὰ γνώμην τελεῖν ὑπισχνοῦνται. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν πάλαι τὸ ζῆν ἐπορίσαντο δι' αὐτοῦ προφανοῦς ἀπαλλαγέντες θανάτου· οἱ δὲ τῶν ὑπ' αὐτῶν παιδευτῆ τειθραμμένων πρὸς ὄπλα καὶ πολέμων ἄσκησιν ἦσαν. Nic. Greg. I 360,13 — 362,11. anno 1334 senex Mytilenen Byzantinis recuperavit. etiam hac in re a Nicephoro Gregora I 534,6—535,10

eximiis laudibus ornatur. Cantacuzenus contra pincernae res nescio qua de causa silentio neglegit. uno loco, I 479,19, obiter commemorat iussum eum esse Mitylenen obsidere. — ad hunc Alexium Philanthropenum sex epistulae exstant Michaelis Gabrae, 255. 256. 322. 345. 371. 392. in epistula 371 nomini additur τῷ ἀνεψιῷ τοῦ βασιλέως; item eiusdem epistulae duae, 375. 398, ad Michaelem Philanthropenum, Alexii filium. idem fortasse est, qui Alexio natus est anno 1296. ad ep. 120. —

Ad hunc igitur Philanthropenum quem dici non potest quanto amore, quanta admiratione amplexus sit Planudes, epistularum quas habemus sunt longe plurimae. scripsit ad unam omnes eo tempore quo ille adulescens in Asia contra Turcos rem gessit priusquam prava eius consilia patefierent, scripsit ut in lucem aliquando prolatae laudes eius memoriae proderent. ep. 119,204 ss. intra trium annorum spatium eas scriptas esse brevi ita colligi potest: frustra cum sperasset pincernam ad diem natalem Iesu Christi celebrandum ex Asia Cpolim venturum esse, ipse sibi proposuit aestate anni sequentis bellantem in Asia visitare. ep. 74. neque tamen hac altera aestate visitavit, misit Ioannem puerum suum cum litteris. ad ep. 52,12. 79. perfecit in quod intenderat aestate demum anni tertii: nam vere iterum nuntiavit iter ad pincernam ingredi se velle (ep. 111,5 ss. 112,85 s.), epistulam autem 120 scripsit postquam ex Asia rediit, ep. 120,44. hic autem tertius annus est 1296, cuius autumnno vel hieme seditionem movisse pincernam ex Pachymere didicimus. altero etiam argumento confirmari videtur Planudem huius anni 1296 aestate Cpoli non fuisse: primo Iunii mensis die ingens ibi terrae motus factus est duravitque vario tenore usque ad desinentem mensem Iulium. Geo. Pach. II 233. 845. fuse narrat Planudes in quas res adversas inciderit hoc ipso anno. illo etiam periculo si perfunctus esset ipse, haud dubie alicubi commemorasset. per tres igitur annos 1294. 1295. 1296 Planudis ad pincernam epistulae disponendae sunt. ad ep. 79.

anno 1294 scripta est ep. 60, paulo postquam Cpoli in Asiam pincerna profectus est. perlata est a propinquo quodam Planudis qui Cpoli Philadelphiam in Lydiae urbem se contulit. v. 35. ep. 61 et ep. 74 (anno 1294 exeunte aut 1295 ineunte) nondum signa pincernam cum Turcis contulisse Planudes audiverat.

ad ep. LXI

Ep. ad eundem. v. supra. —

ad ep. LXII

21: cf. Democritum ap. Stob. 71,15 (k). — 26: proverbium. corp. Gott. II Apost. XVII 65 (k). —

Ep. ad patriarcham ut videtur Cpolititanum. ad eum enim prae ceteris ἀρωσύνης titulus (ep. 62,30) pertinet. —

ad ep. LXIII

8: ημίον, ita enim L. —

ad ep. LXIV

38: proverbium, de quo v. Ed. Kurtz, Die Sprichwörterammlung des Maximus Planudes, Lips. 1886, pag. 7 not. — 41: πένης. — 42: πένης, οὐ (k). —

Ep. ad Georgium aut Arsenium monachum Autoreianum ante annum 1295, fortasse anno 1294. — homines eius aetatis magno ut rerum mathematicarum, ita veterum artis musicae studio flagrarunt. ut Georgius Pachymeres περὶ ἀρμονικῆς ἤγουν μουσικῆς scripsit, v. H. Vincentium, Notices et extraits cet., tom. XVI part. 2. de Manuele Bryennio ad ep. 33. Theodorus Metochita quid de suo ipsius rerum harmonicarum amore praedicet videbis apud Satham, Μεσαιων. βιβλ. vol. I pag. 98'. exstat etiam carmen eius multorum versuum de rebus mathematicis et de musica in cod. Parisino 1776 fol. 119—125 r. Ioannis Glycei, sive Dulcis [Lampadàrii, Moschiani, et aliorum] chironomia musicae artis a Millero ex catalogo bibliothecae Scorialensis opera Alexandri Barvoetii confecto affertur pag. 518. sed is Glycys non patriarcha ille videtur fuisse, ibidem enim pag. 519 invenitur Ioannis Glycae, Protopsaltae Rhodi' liber musicus. Rhaulaena denique harmonices librum ut et recenseat et suppleat a Planude petit. ep. 68,21. ita etiam Planudes ipse in harmonices libro componendo incredibilem fere operam et laborem contulit, ep. 68,26. quem omnium de hac re librorum pretiosissimum esse ratus est non tam ob magnitudinem eius aut pulchritudinem, quam quod omnium fere qui de musica composuerunt libros, bene ut sibi videbatur a se recensitos et maximam partem sua ipsius manu scriptos, in unum collegit. ep. 64,26. 68,25, 47. periit hic Planudis liber ipsius ut videtur aetate. commodavit eum Autoreiano, qui monachus fuit monasterii cuiusdam in Asia, Nymphaei fortasse, siti (ep. 106,33), Cpoli versanti. sed ille libro non reddito urbem reliquit. per-

vestigavit Planudes cum aliis monachis diversorium eius, vidit libros ibi sex vel etiam paulo plures, suum ipsius non invenit. ep. 65,4. 68,33. ideo ut recuperaret, opem imploravit protovestiariae Rhaulaenae ep. 68. petit, ut aut ipsa aut protovestiarius reposcat. ep. 68,40. opem etiam implorat amici cuiusdam, cuius nomen siletur, ep. 65. mentionem facit epistulae illius ad Rhaulaenam datae (ep. 65,11) et epistulae ad ipsum Autoreianum scriptae exemplum mittit, ut lacunam in eo aut protovestiarii aut protovestiariae nomine addito expleat lacunaque expleta epistulam Autoreiano det. epistulae exemplum, quale simul cum ep. 65 ad amicum misit, haec est epistula 64, lacuna illa hac in epistula significata est versu 35 verbis τῷ δεινὸν τούτου — ἀπολαμβάνοντος. ibi igitur ab amico scribi vult aut τῷ πρωτοβεστιαρίῳ τούτου — ἀπολαμβάνοντος aut τῇ πρωτοβεστιαρίᾳ ταύτης — ἀπολαμβανούσης. cf. Piccolomini l. l. pag. LI. eodem igitur tempore has tres epistulas 64. 65. 68 scripsit. sed operam in libro recuperando frustra consumpsit. anno 1295 adiutore in eadem re utitur Philanthropeno. ep. 106,30. ad quem cum scribat: περὶ τοῦ τῆς ἀρμονικῆς βιβλίου καὶ πάλιν γράφω, haud scio an etiam epistulam 65 scripserit ad ipsum anno 1294 bellum Persicum in Asia parantem. —

ad ep. LXV

Ep. ad amicum quendam [Alexium Philanthropenum anno 1294 in Asiam?] v. supra. —

ad ep. LXVI

3: μηδὲ? (k). — 7: ἔροιο (πῶς δ' οὐκ) ἄν — (k). — 25: dele comma et colon (k). — τοῦ λόγου, (k). — 31: proverbium. corp. Gott. II Mac. III 16 (k). —

Ep. ad Chalcomatopulum. is scholae alicui publicae praeest, complures in ea docent magistri. cuius generis praeter scholam regiam quandam, quae ep. 121,22 commemoratur, complures Cpoli videntur fuisse, nam praefert Planudes Chalcomatopuli scholam scholis aliorum, ep. 66,13. mercedem a discipulis accipiebant, ep. 66,47, quamvis neque certam neque magnam, ut de ea vivere non possent. ideo et victum et pecuniam a rege petebant. cuius summa gratia Planudis aetate floruerunt Hyaleas et hic ipse Chalcomatopulus. nam scribit Theodorus Hyrtacenus ad magnum logothetam Theodorum Metochitam: οἱ πρὸ σοῦ τὸ τῆς ἀρχῆς ταύτης ἐλαύνοντες

ἄρμα πολλήν περὶ τὸν Ἑρμῆν καὶ τοὺς Ἑρμοῦ θεράποντας ἐπε-
δεικνυντο οἰκοθὲν τε καὶ τῶν βασιλικῶν προτανείων ἀποσιτίζοντες
κάντεῦθεν εὐκλειαν μὲν ἑαυτοῖς, τοῖς δ' εὐδαιμονίαν πορίζοντες. ἔν' οὖν
τοὺς παλαιτέρους ἑάσαιμι, τοὺς ἐφ' ἡμῶν ἐρῶ. Μουζάλων ἐκεῖνος, ὁ
πρὶν μέγας μὲν λογοθέτης, εἶτα δὲ καὶ πρωτοβεστιάριος (ad ep. 67),
οὐ τὸν Ἰαλίαν, οὐχ ὁ κανικλείου (Nicephorus Chumnus, ad ep. 6)
Χαλκωματόπουλον (sic) βασιλικῶν σιτηρεσίῶν ἤξιωσαν; οὐχ ὅσον
οἶόντ' εὐδαιμόνισαν; et ad caniclei praefectum Nicephorum Chumnum:
καὶ μὴν Ἰαλίαν ἐκεῖνος διδάσκων τῶν βασιλικῶν προτανείων ἀπεσι-
τίζετο καὶ χρυσίον συχνὸν ἐπορίζετο μέχρι τῶν χρῶν ἐλειτούργησεν.
ὁ γε μὴν Χαλκωματόπουλος (sic) — ἀλλὰ τί δεῖ καὶ Ἰαλίαν ὀπόσον
εὐδαιμονίας τάνδρῳ περιῆν διὰ σοῦ; —

ad ep. LXVII

8: μοι οὐδ' (k). — ὄση — λέγω δὲ ἀληθῆς —, ὅτι (k). —
16: dele comma (k). — 29: ἔχει. (k). — βιάζεται, (k). — 32 s.:
dele signa interclusionis (k). — 60: ἐστὶ (k). — 68: αὐτό φασὶ
δείξειεν ἄν proverbium Plat. Theaet. 200 E. corp. Gott. II 83 not.
(k). — 82: αὐθέντη. — 93: αὐλήν — πολλοὶ (k). — 94: εὐποίας
— ὀψώνιον; (k). —

Ep. ad Theodorum Muzalonem protovestiarium.

Theodorum Muzalonem ex militari ordine adscitum postquam
artibus ingenuis erudiendum curavit imperator Michael (1261—1282)
— magistro eum tradidit Georgio Cyprio — logothetae τοῦ γενι-
κοῦ dignitate ornavit atque in rebus publicis ministrum adhi-
buit. Geo. Pach. I 495,15. Georgii Cyprii epistula (91) inscribitur:
τοῖς ἑαυτοῦ ὁμιληταῖς τῶν τε Μουζάλωνι κυρῶ Θεοδώρῳ λογοθέτῃ
τῶν γενικῶν καὶ τοῖς λοιποῖς. Fr. Miklosich et Ios. Müller, Acta
et diplomata, vol. III, Vindob. 1865, pag. 96 (in diplomate anni
1277): τοῦ πανσεβάστου λογοθέτου τοῦ γενικοῦ κυρῶ Θεοδώρου τοῦ
Μουζάλωνος. anno 1280 cum ecclesiis Graecae et Latinae con-
iungendis simul cum Constantino Acropolita (ad ep. 71) vehementer
resisteret, turpes ἱμπερατορι poenas pependit, sed animo mutato
in tantam eius gratiam rediit, ut Georgio Acropolita mortuo anno
1282 magnus logotheta fieret. Geo. Pach. II 12,10. de qua digni-
tate v. quae affert Sathas, Μεσαιων. βιβλ. vol. I pag. κγ' s. mortuo
autem imperatore Michael eodem anno fortis iterum ac strenuus
usque ad mortem Graecorum contra Latinos propugnator exhibit
πῦρ πνέων ὑπὲρ δογμάτων, ut eius potissimum consilio i

publicis et ecclesiasticis imperator Andronicus uteretur. Gregorio Cyprio est (ep. 173) *εὐσεβείας πρόμαχος καὶ πίστεως ἔρεισμα καὶ στύλος καὶ ἔδραϊωμα τῆς ἐκκλησίας*. v. praeter alios locos Geo. Pach. II 59,9. 181,4. Nic. Greg. pag. 170,10—21. honore igitur protovestiarium eum auxit imperator, item protosebasti (inscribit Gregorius Cyprius ep. 204: *τῷ πρωτοσεβαστῶ καὶ πρωτοβεστιαρίῳ καὶ μεγάλῳ λογοθέτῃ*) filiamque ipsius filio alteri Constantino despondit et post Muzalonis mortem collocavit. Geo. Pach. II 180. Nic. Greg. pag. 293,1. ultimis autem vitae annis infirma semper valetudine usus est Muzalo, ut per duos fere annos administer ei in re publica daretur Nicephorus Chumnus. longo morbo sensim absumptus postquam cucullum induit diem supremum obiit anno 1294. Geo. Pach. II 164. 180. 192. 843. — quinque ad eum Nicephori illius Chumni epistulas edidit Boissonade in Anecd. nov. (ep. 67,84—87), sed quae est eius de rebus Byzantinis socordia, hunc Theodorum cum Georgio Muzalone (ad ep. 68 pag. 245) confundit. arto etiam amicitiae vinculo complexus est Gregorium Cyprium patriarcham (1282—1289), qua re frequens inter eos epistularum commercium. pag. 187. scriptoris quoque fecundi laude floruit: qua luxuriat Gregorius Cyprius, ut ep. 54: *ἐκείνο δὴ φθέργομαι· ὅτι λόγων πατέρας πολύπαιδας τοὺς αὐτοὺς καὶ καλλίπαιδας ὀλίγους μὲν ὁ βίος προήνεγκεν, ὡς οὐ φιλοῦσης ἑαδίως τῷ πλήθει συνιέναι τῆς ἀρετῆς· ὅμως εἰ καὶ τινες ἑτέρους, καὶ σὲ τοιοῦτον προήνεγκε. πλήθει τε γὰρ τοιοῦτων γεννημάτων νικᾷς περιφανῶς τοὺς ἄλλους· καὶ τοσοῦτον δὴ ταῦτα διαπρέπουσι τῷ καλῷ, ὅπου δὴ καὶ τῷ πλήθει νικᾷς*. imperatoris Michaelis iussu scripsit *περὶ δογματῶν* libellum, sed eum, quod professus erat invitus cum Latinis se sentire, combussit. Geo. Pach. II 26. item laudationem suam Athanasii patriarchae postea ipse abolevit. Geo. Pach. II 145. 177,9. at mansit ipgenii doctrinaeque documentum *τοῦ σοφωτάτου λογοθέτου τοῦ Μουζάλωνος ἀντιρρητικός κατὰ τῶν τοῦ Βέκου βλασφημιῶν*. quo tamen cum libello mire actum est. maximam eius partem Dositheus Notaras in libro qui inscribitur *Τόμος Ἀγάπης κατὰ Λατίνων συλλεγείς καὶ τυπωθεῖς παρὰ Δοσιθέου πατριάρχου Ἱεροσολύμων* (edito anno 1699 *ἐν Γιάσιῳ τῆς Μολδοβλαχίας*), quasi Gregorii Cyprii esset, eius libro *περὶ τῆς ἐμπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος* adiunxit. repetitus est error in Mignii Patrol. Gr. vol. 142. nam quae ibi inde a pag. 290 m., neglegentissime expressa, leguntur, non Gregorii, mihi crede, sed Theodori

Muzalonis sunt. integer autem huius libellus in bibliothecis adhuc latet. qua de re alias dicam. —

hanc ad Muzalonem invalidum atque aegrum epistolam intra annos 1292—1294 Planudes videtur scripsisse. simul cum ea misit Diophanti codicem, qui fuit ex monasterii cuiusdam bibliotheca, sua ipsius opera restitutum. ad ep. 33,7. quam occasionem arripuit, ut de misera eius bibliothecae condicione quereretur. exstare veterem indicem librorum ex eo tempore, quo Cpolim tralati essent. quo indice probari multo maiorem olim fuisse librorum numerum, tum temporis adeo esse imminutum, ut non iam bibliotheca vocanda esset, sed bibliothecae *βραχὺ λείψανον*. quam iacturam cum aliis de causis factam esse, tum quod ei qui mutuati essent libros non reddidissent. proinde, ne perirent omnes, petere se a Muzalone perque eum ab imperatore, ut libri quam primum bibliothecarii custodiae curaeque crederentur. v. Piccolomini loco a me pag. V laudato pag. LI s.: cui ardens Planudis litterarum studium antiquitatisque amorem eximium praedicanti adsentior, illud vero quod de bibliotheca illa dixit non adsentior. ut in omnibus opinor monasteriis illustrioribus bibliothecae erant (cf. Paspates, *τὰ Βυζαντινὰ ἀνάκτορα*, Athen. 1885, pag. 203. 209), ita in eo in quo tum Planudes commorabatur. hanc autem regiam vocavit, quod ipsum monasterium regium fuit, non quod haec sola regia erat. reliquias continebat librorum qui antiquitus aliunde Cpolim transportati erant, novos libros non continebat. sed eam bibliothecam, quae una proprio nomine regia vocabatur, novis etiam libris suppletam esse testimonio est ille ipse codex Parisinus 2951 quem in medium attulit Piccolomini pag. 109. is enim absolutus est Cpoli anno 1276 et *ἔναπετέθη ἐν τῇ βασιλικῇ βιβλιοθήκῃ*. haec una regia ubi fuerit Palaeologorum aetate etsi non proditur, in palatii tamen cuiusdam aedificio, non in monasterio videtur fuisse. —

109: Zosimi parum diligenter rationem videntur habuisse ei qui Graecorum veterum musicae operam dant. exstat inter libros ad artem musicam pertinentes Introductio quaedam harmonica, cuius de auctore codices non consentiunt. plurimi Euclidis nomen prae se ferunt, alii Pappi, alii Cleonidis, alii auctoris nomine carent. v. Carolum de Jan, *Die Harmonik des Aristoxenianers Kleonides*, Landsb. 1870, pag. 18 et I. L. Heiberg, *Litterargeschichtliche Studien über Euklid*, Lips. 1882, pag. 54. sed etiam Zosimi

nomen haud semel cum hoc libro coniungitur: in codice Matritensi Gr. 48 fol. 137 ante initium libelli scribitur *Ζωσίμου*, cui nomini Constantini Lascaris manu adscriptum est *περὶ ἁρμονικῆς*; fine libri eadem qua totus liber manu scribitur *Εἰσαγωγή ἁρμονικῆ εὐκλείδου*. v. Ioannis Iriarte catalogum pag. 163s. similis est ratio codicis Ottoboniani Gr. 372. ibi fol. 39 praescribitur libro manu recentiore *Ζωσίμου περὶ ἁρμονίας*. post verba *σχῆμα ἐπίπεδον τὰς τῶν ὁμολογουμένων περιέχων δυνάμεις* [Marc. Meibomius, Antiquae musicae auctores septem, Amstel. 1652, pag. 22,8 a fin.] scribitur: *τέλος τῆς ἁρμονικῆς*. — in versu insequente: *εἰσαγωγή ἁρμονικῆ εὐκλείδου*. — sequuntur quattuor versus qui incipiunt *(δ)ύναμις δὲ λέξις φθόγγων ἐν συστήματι ἐστὶ ἢ δύναμις*, desinunt *πραγματείας*: (Meibom. l. l.) *τέλος*: — *φραγκίσκος ὁ σὸς φίλος*. haec me rogantem docuit Ioannes Tschiedel, de codice primum comperi ex I. Milleri catalogo etc. bibl. Escorialensis pag. 326 nr. 17. in Vulcanii denique libro scripto, quo Meibomius usus est, haud scio an *Ζωσίμου*, non *(Ἄ)νωνύμου εἰσαγωγή ἁρμονικῆ* scribendum sit. nam in codicibus nomina auctorum aut scribi aut omitti solent, *ἄνωνύμου* scribi non crediderim. his igitur inscriptionibus iam accedit Planudis auctoritas. Zosimi enim cuiusdam *ἁρμονικῆν διατύπωσιν* Planudes laudans quin illam Introductionem intellexerit, vel ideo non est dubium, quia ut in plurimis codicibus coniunctae inveniuntur haec Introductio et sectio canonis Euclidea [v. Heiberg l. l. pag. 55], ita hic quoque uno volumine uterque liber coniunctus est (v. 111). quod ne fortuito factum esse arbitreris, Zosimo cuidam etiam cum hoc libro de canonis sectione, qui est genuinus Euclidis [Heiberg pag. 52 s.], ratio intercedit. hic enim liber a Zosimo quodam Cpolitano recensitus est. nam *Εὐκλείδου κανόνος κατατομή, ζώσιμος διώρθου ἐν κωνσταντινουπόλει εὐτυχῶς* subscribitur in codicibus his (differunt subscriptiones in pusillis): in cod. Monacensi 104 saec. XVI, v. catalogum Ignatii Hardt; in cod. Vaticano Regimensi 94 saec. XVI, v. Henrici Stevenson catalogum pag. 70; in cod. Bononiensi 2048 saec. XVI, v. G. Studemund ap. Georgium Amsel, De vi atque indole rhythmorum quid veteres iudicaverint, Vratisl. 1887, pag. 124; in cod. Urbinate 77 saec. XVI, v. eundem ibidem pag. 126; in cod. Marciano 643 vel cl. VI n. 3 saec. XII, v. I. Morellium, Aristidis Orationem adversus Leptinem cet., Venet. 1785, pag. XXXVII et Paulum Marquard, Die harmonischen Fragmente des Aristoxenus, Berol. 1868, pag. XII.

Marquard quidem totum illum codicem Marcianum a Zosimo scriptum esse censet; quem sequitur C. de Jan l. l. pag. 18 not. 25. quo tamen iure id censuerint non assequor. eundem censeo eum Zosimum, qui in vetere Planudis codice Introductionem harmonicam scripsisse perhibetur, eundem esse Zosimum, qui non saeculo XII, sed ante saeculum XII, quo codex ille Marcianus scriptus est, floruit. —

110: ad eiusdem Euclidis Elementorum libros scholia aliquot Planudis, τοῦ σοφωτάτου Μαξίμου τοῦ Πλανούδη, primus edidit I. L. Heiberg, 'Om Scholiern til Euklids Elementer' in 'Vidensk. Selsk. Skr., 6te R., histor. og philos. Afd. II 3', Havn. 1888, pag. 272. 273. cl. pag. 302, libri separatim editi pag. 46. 47. cl. pag. 76. cf. eiusdem librum supra citatum pag. 168. —

ad ep. LXIIX

30: βίβλου· (k). — 57: dele comma (k). —

Ep. ad Theodoram Rhaulaenam protovestiariam ante annum 1295, fortasse anno 1294. ad ep. 64. — Rhaulaenae progeniem habes in tribus illis carminibus quae Planudes conglutinauit in aedem sancti Andreae confessoris. Andreae enim monasterium protovestiaria condidit vel renovavit. Nic. Greg. pag. 178,22. carmina illa edidit Ducangius in notis ad Zonaræ annales ed. Par. II 35 s., emendata Boivinus in notis ad Nic. Greg., pag. 1184 s., nuper Migne in Patrol. Gr. vol. 147 pag. 1175 ss. pater fuit Ioannes [monachus Ioannicius] Cantacuzenus. praenomen ignoravit Ducangius, Fam. Byz. pag. 232. idem videtur esse quem Geo. Acropol. pag. 93,2. 95,1 τὸν ἐπὶ τοῦ κεράσματος dicit. mater Irene [monacha Eulogia] Palaeologina, soror imperatoris Michaelis et Mariae Palaeologinae (ad ep. 60). filia Theodora bis matrimonium iniit. primum nupsit Georgio Muzaloni Adramytteno protovestiario ei, qui una cum fratribus Andronico magno domestico et Theodoro protocynego anno 1259 foede obruncatus est. Geo. Acropol. 131,8. Nic. Greg. 167,18. 65,25. Geo. Pach. I 23,20. 60,6. tum anno 1260 aut 1261 nupsit Alexii Rhaulis eius, qui ante Georgium Muzalonem protovestiarius fuit (Geo. Acropol. 71,17. 99,14. Geo. Pach. I 23,19), filio primo Ioanni Rhauli (Comneno Ducae Angelo, Petraliptae), qui eodem tempore quo matrimonium iniit eandem protovestiarii dignitatem accepit. Geo. Acropol. 171. Geo. Pach. I 108. Nic. Greg. 167,20. etiam hunc alterum maritum mature ut videtur amisit, nam nusquam postea commemoratur.

ipsa Theodora protovestiaria ab aequalibus nominatur Cantacuzena (a patre), Palaeologina (a matre), Comnena (a matre et a Rhaule), plerumque Rhaulaena. orthodoxam fidem constanter ac pie amplexa ab avunculo Michaele, qui concordiam constituere vellet inter Graecos et Latinos, multa passa est. ita cum matre Eulogia in castellum sancti Gregorii relegata est. Geo. Pach. II 15,9. anni 1297 diebus primis una cum Isaaco Rhaule ab imperatore ad Philanthropenum rebellem mittitur quem cum imperatore reconciliaret. Geo. Pach. II 230,10. mortua est anno 1301 mense Decembri. nam in codice Gr. Augustano Monacensi 430 legitur fol. 2^v: † ἐκοιμήθη ἡ ἁγία κυρία μου ἡ μοναχὴ κυρα θεοδώρα ραύλαινα καντακουξηνή ἡ παλαιολογίνα, ἡ ἐξαδέλφη τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως κυρ. ἀνδρονίκου ἐν ἔτει ζωθ. λυδ. τὴν ε̅. τοῦ δεκεμβρίου μηνός, ὥρα ζ. τῆς αὐτῆς νυκτός. ita verba ab Ignatio Hardt exhibentur. quem tamen κυριάκη pro κυρία μου,

παλαιολόγη pro παλαιολογίνα [^{γν}παλαιολο] falso legisse amice me docuit K. Krumbacher. duae ad eam epistulae Nicephori Chumni, una in Boivini notis ad Nic. Greg. pag. 1188s., ambae in Boissonad. Anecd. nov. pag. 91 ss. septendecim ineditae Gregorii Cyprii patriarchae. hunc enim sicut alterum parentem usque ad vitae eius finem (1290) summo opere observavit et dilexit. Geo. Pach. II 133. Nic. Greg. 178,22: φιλολόγος ἦν ἡ γυνὴ καὶ τὰ πολλὰ τῆς γλώττης τοῦ πατριάρχου ἐξεχομένη. Greg. Cypr. ep. 194: ὅτι τέκνον μὲν ἐμὸν σὺ καὶ μονογενὲς τέκνον καὶ οἶον οὐδενὶ οὐδέποτε ὑπῆρξε πατρί, ἐγὼ δὲ πατήρ τοιαῦδε προσήκων παιδί. haec igitur femina Byzantina ob artium (λογικῶν ἐπιστημῶν) amorem studiumque summam apud aequales laudem consecuta est. [paulo post eam eadem laude floruit Panhypersebasta, Theodori Metochitae filia, Caesarissa, quae nupsit Ioanni Palaeologo. Nic. Greg. 306,12. 309,18. 1233]. plurimorum et optimorum librorum magnam sibi comparaverat copiam, inter quos Aristotelis, Demosthenis, Aelii Aristidis, Basilii. Nic. Chumn. pag. 92: σοφωτάτη καὶ διακριτικωτάτη ἅμα ψυχῇ, φιλόκαλος. Greg. Cypr. ep. 187: λόγοις χαίρουσα ἐς ὑπεροβλήν καὶ παιδεύσει προσκειμένη. ep. 191: ὡς ἂν μὴ μόνον τῶν πάλαι γυναικῶν ὑπεράνω φαίνη τῶν ἐπὶ λογικῇ παιδεύσει γνωριζομένων, ἀλλὰ καὶ τοὺς πλείους τῶν ἄλλων ὅσοι ἐπὶ μέγα σοφίας ἀρθέντες εἰσίν. ep. 212: Ἐπεμφας (Rhaulaena) δὲ καλὴν καὶ γενναίαν ἐπιστολήν, τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἐγὼ δεξάμενος καὶ ἀναγνοὺς ἐκτόπως ἠγάσθην αὐτήν.

τῆς τε συνεχείας τῶν νοημάτων καὶ τοῦ προσφύρου, καὶ τῆς περὶ τὴν ἐξαγγελίαν συνθήκης. οὐ λόγος τοῦτο θωπευτικός· οἶδας γάρ, ὡς παντὸς μᾶλλον κολακικὸν τὸ ἦθος ἢ ἔμοῦ. — exstat in codice Berolinensi Phillippico 1489 saeculi XVII, quorum codicum Catalogum his ipsis diebus edet Leopoldus Cohn, liber de institutione monasterii ab ipsa conditi et de officiis monialium, quem scripsit Θεοδούλη μοναχὴ καὶ κητόρισσα cui titulo in codice supra addita sunt verba: θεοδώρα κομνηνὴ παλαιολογίνα ἡ καὶ. hanc tamen Theodoram Leopoldus Cohn recte ut videtur eam esse dicit cuius vitam Iob monachus descripsit. v. Mign. Patrol. Gr. tom. 127 pag. 904—908. ut illa Andreae monasterium, ita haec Georgii martyris coenobium monialium exstruxit. —

ad ep. LXIX

13: γὰρ σοὶ (k). — 17: Ἰλιον; (k). — 28: ποῦ (k). — 29: ἐσόμεθα; (k). — 38: proverbium. corp. Gott. I Diog. IIX 74 (k). — 42: σαυτὸν (k). —

Ep. ad Mercurium monachum. ad ep. 5,11. 30 pag. 224. —

ad ep. LXX

9: Χώρας. — Ep. ad exarchum et logothetam Phapen. — neque Phapae nomen usquam alibi legi neque de his titulis certi quicquam scio. de exarchis v. Ducang. Glossarium pag. 395—400 et Appendicem ad Gloss. pag. 70. hoc loco videtur intellegendus esse ο ἑπαρχος τῶν μοναστηρίων ‚qui patriarchalium monasteriorum disciplinae invigilabat‘. idem pag. 823s. de logotheta, dignitate ecclesiastica. ceterum titulos exarchi logothetaeque coniunctos alibi non inveni. —

9: de Chorae monasterio, cuius integrum nomen Χωρα τῶν ζώντων [psalm. 116,9] videtur fuisse, v. A. Papadopulum Ceramea in Ἐνέκδοτα Ἑλληνικὰ cet. συλλεγόμενα ἐκ τῶν ἐν τῇ Μαυρογορδατεῖᾳ βιβλιοθήκῃ ἀναγραφομένων χειρογράφων, Cpoli 1885 (1888), pag. 50 not. 1. aedificatum est ab imperatore Iustiniano, reffectum Planudis aetate a Theodoro Metochita, cuius duo de monasterio exstant carmina in codicibus Parisinis 1776 et 2751: unum inscribitur doxologia de deo, de rebus suis et de monasterio Chorae, alterum in deiparam et de monasterio Chorae. hodie dicitur monasterium Καχριῆ τζαμί, cuius imaginem exhibet Paspates, Βυζαντιναὶ μελέται, Cpoli 1877, inter pag. 326 et 327. —

ad ep. LXXI

31: φοβερά· (k). — ἔχων, (k). — 40: πορθμόν. (k). — 41: ἔχει; (k). —

Ep. ad Melchisedecum monachum Acropolitam scripta ante annum 1295. — ad eum quattuordecim Planudis epistulae. eundem esse apparet quem unus Georgius Pachymeres II 214 inter eos recenset, quorum consiliis dolosis exeunte anno 1296 pessumdatus est Philanthropenus. Melchisedec ipse seditione quam conflarat compressa mense Decembri anni 1296 aut excaecatus est ut pincerna aut necatus est. Geo. Pach. II 229. ad ep. 60. sed accuratius etiam quae cum Philanthropeno ei intercesserit necessitudo constitui potest. matrimonium iniit Philanthropenus cum Asiae praeesset aestate aut autumno anni 1295. nam tum nuptiarum eius sollemnia Planudes celebrat ep. 98. ad ep. 79 pag. 252. quae sollemnia subsecutus est maeror (ep. 90,30); mortuus est enim frater uxoris, puer vixdum quattuordecim annorum. ep. 90,13, 18. pater huius pueri, qui idem est Philanthropeni socer, logotheta est aerarii, τοῦ γενικοῦ. ep. 94,66—71. quo munere quis hoc ipso anno 1295 ornatus fuerit, non traditur. Constantini Sathae auctoritatem (*Μεσαιων. βιβλ. vol. I pag. ρλγ'*) secutus primum cogitavi de Theodoro Metochita, omnium fere eius aetatis homine clarissimo. multos enim annos eo munere functus est. sed erravit Sathas. anno 1295 ille eo munere nondum functus est; tum fuit logotheta aut τῶν ἀγελῶν teste Geo. Pach. II 205 aut τῶν οικειακῶν teste Nic. Greg. 194,1. nunc rectius quis logotheta ille aerarii fuerit statuam. Gregorius Cyprius tres epistulas (2. 38. 169) inscribit λογοθέτη τῶν γενικῶν (vel quod idem est τοῦ γενικοῦ) τῷ Ἀκροπολίτη. is autem Constantinus fuit Acropolita, magni logothetae Georgii (1220—1282) filius, qui hoc munus post Theodorum Muzalonem anno ut videtur 1282 accepit. Geo. Pach. I 495,15 ss. ad ep. 67. [postea autem hic ipse Constantinus, ut pater Georgius, magnus logotheta fuit, anno 1321 simul cum Theodoro Metochita, Cantac. I 68,1. 67,14. complures eum reliquisse de processione spiritus sancti tractatus contra Latinos, quorum duos laudatos vidisset, dicit Leo Allatius, De eccl. occid. et orient. perpetua consensione lib. II c. XV pag. 779 s. editae sunt eius orationes εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Δαμασκηνόν, Mign. Patrol. Gr. tom. 140 pag. 811—886, atque εἰς τὴν ἅγιαν ὀσιομάρτυρα Θεοδοσίαν, ibid. pag. 893—936. inedita sunt: oratio in templum

